 Hydroc
 Laptid
 Ex nar
 Lichop
 Hasta
 Prasop
 In pal
 Psicha
 Et jac
 Cécidi
 Peloba
 Et fron
 Excant
 Jacen
 Eo per
 Crus d
 Craug
 Percu
 Acuti
 Intesti
 Sitoph
 Claud
 Saliitg

Purpureo. ipse verò juxta littus extensus est,
Intestinis pingvibus intumescens circa ilia.

Tyroglyphum autem in ripis Limnesius interfecit.

Pternoglyphū autē conspicatus Calamintibus in metum
Saliitq; in paludem fugiens scuto projecto. (venit,

Listnaeum autem occidit praecclarus Embasichytrus.

Hydrocharis autem occidit Pternophagum regem,

Lapide cum percussisset in sinciput. Cerebrum autem

Ex naribus stillabat, polluebaturq; sanguine terra.

Lichopinax autem interfecit inculpatam Borborocœtā

Hasta adortus ipsum verò caligo oculos texit.

Prasophagus autem cōspicatus pede traxit Cnissodioctā

In paludeq; suffocavit, cum prehendisset manu cervicē.

Psicharpax autem ultus est socios mortuos,

Et jaculatus est Pelusium per ventrē in medium jecur.

Cecidit autem ante illum animaq; ad orcū descendit.

Pelobata autem conspicatus luti pugillum jecit in illū,

Et frontem oblevit & excæcabatur propemodum.

Excanduit autem ille, cumq; arripuisset manu crassa

Facentem in campo lapidem, praegrande pondus arvi,

Eo percussit Pelobatam sub genua. totumq; fractum est

Crus dextrum, ceciditq; supinus in pulveribus. (illum

Craugasides autē ulciscebatur, & contra aggrediebatur

Percussit mediumq; illū secundū ventrē, totusq; ei intrō

Acutus juncus subibat, humiq; effundebantur omnia

Intestina, cum extraheretur hasta manu robusta.

Sitophagus autem ut vidit in ripis fluminis,

Claudicans ex bello recedebat, cruciabaturq; graviter,

Saliitq; in fossam, ut fugeret magnam perniciem.

τρωξάρτης δ' ἔβαλεν Φυσίγαθον ἐς πόδα ἀκροῦ·
 ὦκα ἢ τρήμυθ' ἐς λίμνῳ ἤλαθ' Φόγων.
 τρωξάρτης δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουω προπεσόντα,
 δῖος ἐπέδραμυ αὐτ' ἀπηκτάμυαι μενεαίνων.
 πρᾶσαϊθ' δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουω προπεσόντα,
 ἦλθε Δία προμάχων, καὶ ἀκόντισεν ὄξει χοίνω.
 ἔδ' ἔρρηξε σάκθ', ἔτετο δ' αὐτῶ δερὸς ἀκωκή.
 τῶ δ' ἔβαλεν τρυφάλειαν, ἀμύμονα καὶ τετραχύτρον
 δῖθ' ὄρειγάνων μιμάρθ' αὐτὸν ἄρηα,
 ὅς μόνθ' ἐν βατραχοισιν δρῖς δέν καθ' ὄμιλον.
 ὠρμησαν δ' ἄρ' ἐπ' αὐτὸν. ὄδ' ὡς ἶδεν, ἔχ' ὑπέμεινεν
 ἦρωας κρατερῶς, κατέδυ δ' ὑπὸ βένθεσι λίμνης.
 ἰὼ δέ τις ἐν μύεσιν ἐπ' αἶς ἔξοχθ' ἄλλων,
 ἀγχεμάχθ', φίλθ' υἱὸς ἀμύμονθ' δρτεπιβέλα
 ὄρχαμθ', αὐτὸν ἄρῳ φαίνων, κρατερῶς μεριδάρπαξ,
 ὅς μόνθ' ἐν μύεσιν δρσεύεσκε μάχεσθ'.
 εἴθ' ἢ πρὸς λίμνῳ γαυρέμυθ' οἶθ' ἀπ' ἄλλων.
 σεῦτο ἢ πορθήσθην βατραχῶν γῆθ' αἰχμητῶν.
 καὶ νύκεν ἔξβτέλεσεν, ἐπεὶ μέγα οἶθ' ἔθενθ' ἦεν·
 εἰ μὴ ἄρ' ὄξυ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
 καὶ τότε δ' ἀπολυμνῶς βατραχῶς ὦκτρε κροῖων,
 κινήσας ἢ κάρη τοίῳ ἐφθέγγαθ' Φωνίῳ.
 ὦ πόποι, ἦ μέγα ἔργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄρωμα.
 ἔμικρόν μ' ἐπληξε μεριδάρπαξ κτ' λίμνῳ,
 ἐνναίρειν βατραχῶς βλεμεαίνων. ἀλλὰ τάχιστα
 παλλάδα πέμψωμυ πολεμόκλονον, ἠδὲ καὶ ἄρῳ,
 οἷ μιν ἀποχῆσαι μάχης κρατερόν περ ἔόντα.
 ὡς ἄρ' ἔφη κροῖίδης. ἄρης δ' ἀπαμείβετο μύθῳ·
 ἔτ' ἄρ' ἀθηναίης, κροῖίδη, δένθ', ἔτε ἄρηθ'

ἰαχύσθ

Torxan
 Celerit
 Troxan
 Statim
 Praese
 Venit
 Neq; p
 Illius a
 Dius C
 Qui so
 Irruer
 Heroa
 Erat a
 Comi
 Dux
 Qui s
 Staba
 Asser
 Et ce
 Nisi
 Et ta
 Mot
 I
 Non
 Tru
 Min
 Qui
 S
 Neg

Troxarta autem jaculatus est Physignathum in pedem
Celeriterq; dolens in paludē saliit fugiens. (extremum
Troxarta autem ut vidit adhuc semivivum illapsum:
Statim accurrit illum interficere gestiens.

Prasæus autem ut vidit etiā dum semivivum illapsum,
Venit per principes prælii, & jaculatus est acuto junco.
Neq; perrupit scutū. tenebatur enim ipsius hastæ acies.
Illius autē percussit galeam. præclarū etiam Tetrachy-
Dius Origanon imitans ipsum Martem, (trum,
Qui solus inter ranas strenuē se gerebat per turmam.

Irruerunt autem in illum, qui ut vidit, non expectavit
Heroas fortes: sed subiit sub profunda paludis.

Erat autē quidā inter mures adolescens excellens alios
Cominus pugnans, dilectus filius inculpatis Artepibuli,

Dux, ipsum Martem referens, sortis Meridarpar, Meridarpar

Qui solus inter mures strenuū se præbebat pugnando. heros ranis

Stabat autem juxta paludem superbiens solus ab aliis. πανολε-

Asseverabatq; se perditurum ranarum genus bellatricū. θεϊαν,

Et certē perfecisset, quoniam magnum ei robur erat, id est, uni-

Nisi equidē celeriter sensisset pater hominūq; Deorūq; versale exis-

Et tunc pereuntes ranas miseratus esset Saturnius; tium minas-

Moto autem capite talem edidit vocem: tur.

Proh Dij, certē magnam rem oculis intueor.

Non parum me perculit Meridarpar juxta paludem, Providenti-

Trucidare ranas gestiens. Quin celerrimē tia Iovis

Minervam mittamus bellistrepam, atq; etiam Martem pro ranis

Qui ipsum retrahant pugna, robustus quamvis sit. laboranti-

Sic quidē dixit Saturnides. Mars autē respōdit sermo- bus in causa

Neq; sanē Minervæ, Saturnides, robur, neq; Martis (ne: iustiore,

ἰχθύσι βατράχοισιν δρηγέμεν αἰπυὶ ὄλεθρον.
 ἀλλ' ἄγε πάντες ἰωμεν δρηγόνες, ἢ τὸ σὸν ὄπλον
 κινείσθω μέγα, τιτανοκτόνον, ὄβριμόεργον,
 ὧ τιτάνας ἐπέφνες δρῖς ἄρ' ἔξοχα πάντων.
 ὡς ποτὲ καὶ καπαινῆα κατέκτανες ὄβριμον ἄνδρα,
 ἐγκέλαδόντ' ἐπέδησας, ἰδ' ἄχρια Φῦλα γιγαίντων.
 κινείσθω. ἔτω γὰρ ἀλώσεται ὅστις ἄριστος.

ὡς ἄρ' ἔφη. κρηνίδης δ' ἔβαλε ψολάεντα κεραινον.
 πρῶτα μὲν ἐβρόντησε, μέγα δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον,
 αὐτὰρ ἔπειτα κεραινον δειμαλέον, διὸς ὄπλον,
 ἦκ' Ὀπιδινήσας. ὃ δ' ἄρ' ἐπλάτο χειρὸς ἀνάκτου.
 πάντας μὲν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν βατράχους τε μύσας τε.
 ἀλλ' ἔδ' ὡς ἀπέληγε μυῶν στρατὸς ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
 ἔειτο πορθήσῃν βατράχων γῆν αἰχμητῶν.
 εἰ μὴ ἀπ' ἔλυμπε βατράχους ἐλέησε κρηνίων,
 ὅς ῥα τότε βατράχοισιν δρωγὰς δῖθυσ ἐπεμψεν.
 ἦλθον δ' ἐξαίφνης νωτάκμονες, ἀγκυλοχῆλαι,
 λοξοβάται, σρεβλοὶ, ψαλιδόσομοι, ὄσρακόδερμοι,
 ὄσοφυεῖς, πλατιώωτοι, δῖπσιλβοντες ἐν ὤμοις,
 βλαιασοὶ, χειροτένοντες, δῖπὸ σέρνων ἐσορῶντες,
 ὀκτάποδες, δικάρημοι, ἀχειρέες. οἳ ἢ καλεῦνται
 καρκῖνοι, οἳ ῥα μυῶν ἔρας σωματέσιν ἔκοπλον
 ἠδὲ πόδας καὶ χεῖρας. ἀνεγνάπλοντο ἢ λόγχα.
 ἔς καὶ ὑπέδδισαν δειλοὶ μύες, ἔδ' ὑπέμειναν.
 ἔς ἢ φυγῶν ἐτράποντο. ἐδύετο δ' ἦλιος ἤδη,
 καὶ πολέμῳ τελετὴ μονοήμερος ἔξετελέσθη.

Τ Ε Λ Ο Σ.

Valeba
 Quin a
 Movea
 Quibus
 Sicut a
 Encela
 Movea
 Sic qui
 Primū
 Sed po
 Misit
 Omne
 At neq
 Cupie
 Nisi d
 Qui q
 Vener
 Obliq
 Nati
 Disto
 Obit
 Cano
 Atq
 Quo
 Sed i
 Et be

Valebat ranis arcere gravem perniciem
 Quin age omnes eamus auxiliarij: vel tua arma
 Moveantur magna, Titanum victricia, magnifica
 Quibus Titanas occidisti præstantiss. longè omnium
 Sicut olim & Capaneum interfecisti fortem virum
 Enceladumq; ligasti, atq; agrestia genera gigantum.
 Moveatur. Ita enim distinebitur quisq; præstantissimus.
 Sic quidē dixit. Saturnides aut dejecit fuliginosum ful-
 Primū quidē tonuit magnūq; commovit olympū. (mē.
 Sed postea fulmen horrendum, Jovis arma,
 Misit detorquendo, hocq; volavit è manu regis.
 Omnes equidem terruit jaculatus ranasq; muresq;
 At neq; sic acquiescebat murium exercitus: sed adhuc
 Cupiebat extirpare ranarum genus bellatricū, (magis
 Nisi de olympo ranarum misertus fuisset Saturnius,
 Qui quidem tunc ranis auxilios statim misit.
 Venerunt enim de improvise incudes in tergo haben-
 (tes, incurvis brachijs
 Obliquè incedentes, oculis distortis, forficulos in ore
 (gorentes, cutem testaceam habentes,
 Natura ossei, latis dorsis, renidentes in humeris, (entes,
 Distortis cruribus, manibus extētis, ex pectoribus aspici-
 Octipedes, bicipites, intractabiles, hi verò vocantur
 Cancri, qui utiq; murium caudas ore absceidebant,
 Atq; pedes & manus. Flectebantur autem lanceæ,
 Quos & subveriti sunt miseri mures, neq; substiterunt
 Sed in fugam versi sunt. Occidebat autem Sol jam,
 Et belli expeditio uno die perfecta est.

Iupiter ton-
 nitru bella-
 tores emis-
 so fulmine
 terret qui-
 dem sed ni-
 nil proficit.

Cancri mita-
 tuntur ad
 opitulandū
 ranis.

Muribus in
 fugam vera-
 sis ranæ vi-
 ctoriam re-
 portant.

F I N I S.

LEONHARTI LYCII

in Homeri βαρβαρομαχίαν an-
notationes.

ET si quidam dubitant de suaviss. poëma-
tis hujus autore: ego tamen ut ab Homero profe-
ctum esse statuam, non tantum Herodoti facit autori-
tas, qui affirmat Poëtam & hoc opusculum, & alia
quædam, instituentem in Chio insulani cujusdam li-
beros, composuisse: sed etiam expositionis forma, &
character ille, qui dicitur, quem aliorum Homericorum
operum filo admodum esse similem, nemo, nisi ab
horum lectione alienus, potest inficiari. Hoc igitur in
presentia tenebimus, ut certum, donec aliquid certius
cognoscatur. itaq; deinceps argumentum poëmatis
propositi recitabimus. Nam de Homero, opt. & divi-
niss. poëta secundum Platonem, ita multa passim literis
proditæ leguntur: ut repetita illorum expositio ingra-
ta, atq; hoc loco supervacanea videri possit. Argumen-
tum igitur est hujusmodi: Cum Psicharpax musculus
mustelam insequentem effugisset, & ad paludem sitis
restinguendæ causa accurrisset: Physignathus Rex ra-
narum allocutus eum perquam comiter hortatur, se ut
conscendat, & cognoscat, quantis ranæ voluptatibus
in palude perfruantur. Cujus voluntati cum musculus
esset obsecutus, natrix de improvise in summo aquæ
apparuit. quo viso, rana vitæ suæ consultura profun-
dum petiit. Musculus verò omni destitutus præsidio,

post

post crebram in aquis jactationem suffocatus est. Con-
 spicatus, quod acciderat, alius quidam musculus, cui
 nomen esset Lichopinax, nuntium affert suæ genti sanè
 quam acerbum, quem cum etiam pater suffocati Tro-
 xarta cognovisset, universos mures quantum potest,
 hortatur, ut bellum contra genus ranarum se duce &
 autore inferant, quod dicat ejus injuriæ magnitudi-
 nem, quæ ipsi nunc soli acerbitatem luctus pepererit,
 ad ipsos pertinere universos. Parant itaq; se mures ad
 faciendum bellum, variisq; armis comparatis, mit-
 tunt, qui ranis illud denuntiet, Embasichytrum. Cum
 autem ranæ vehementer hac denuntiatione perturba-
 rentur: rex Physignathus bono eas animo esse jubet,
 & innocentie suæ prædicatione, spem victoriæ præ se
 ferens, hortatur universas, ut contra injustam vim
 ipsæ quoq; arma parent ad pugnam. Hæc dum utro-
 biq; magno conatu geruntur, Jupiter hortatur Miner-
 vam ad ferendam opem vel muribus vel ranis: quod
 recusans illa, cum diceret multis se molestius & inju-
 riis ab utrisq; esse affectam: autor est Diis, ut spectato-
 res potius esse, quàm periculum pugne subire velint.
 Mox pugne signo à culicibus dato acies utriusq; exer-
 citus congregiuntur atq; armis inter se acriter confli-
 gunt. Cumq; multis utring; cadentibus victoria ad
 murium exercitum inclinare videretur, Jupiter jactus
 fulminis dirimere conflictum conatur. ne mures eva-
 dant superiores, qui bellum non justis de causis movis-
 sent. Sed cum fulmine nihil effecisset, auxiliarios ra-
 nis mittit caneros, à quibus cum mures miseris modis

mutilati facile in fugam verterentur, ranae victoriam
lata reportarunt, bello diei unius spacio, confecto. Et si
autem poema hoc ludicrum esse videtur, & ridiculum,
cum aliis tum Martiali, cujus notum est distichon in
Apopheretis:

Perlege Mceonio, cantatas, carmine, ranas,

Et frontem nugis, solvere disce meis:

tamen multum bonarum & utilium subiectionum
complectitur, atq; dubium quidem non est, quin poe-
ta cum alias salutares sententias puerorum animis
inserere voluerit, tum hanc inprimis: Solere Deum,
qui, ut Comici verbis utar, quae nos gerimus, auditq;
& videt, seditionum autores paciq; turbatores seve-
rissime punire. Libet hoc loco recitare gravissimam
Philippi Melanchthonis sententiam de hoc poemate,
commemorata in oratione quadam illius de fabu-
larum utilitate, quam plurimi facturos universos non
dubito. Homeri poetae prudentiam tantopere miran-
tur eruditi, ut supra communem mortalium sortem
vehant, planeq; sentiant, divina quaedam vi mentem
illius percitam fuisse. At is pueris, quos in Graecia pas-
sim docebat, bellum ranarum & murium scripsit, ut si-
mul teneros animos lepidiss. fabula delectaret, simul
doceret, quantum praestaret dissimulare, quam ulcisci
injuriam: quam sint incerti turbarum ac bellorum o-
mnium exitus: nec raro accidere, ut ab inferioribus po-
tentiores vincantur. saepe malum omne in auctoris caput
verti. Nam cum mures nonnulla sane injuria provocati, ar-
dens illam vindicare, quam dissimulare mallent, nimiumq;
suis

suis viribus adversus imbelles ranas fiderent: donarunt
 superi victoriam imbellioribus, & belli autores perti-
 naciae suae justissimas poenas dederunt. Quaeso quid
 aequè retulit puerilibus animis inseri, atq; odium bello-
 rum ac turbarum, tolerantiae studium, & hoc genus
 alias humanitatis artes? Est autem hoc doctrinae genus
 poëticum & μυθῶδες ab antiquo in puerili institu-
 tione usurpatum gravibus de causis, ut testatur gra-
 vissimus autor Strabo lib. 1. geographiae, cujus verba
 licet subjicere: οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τιναὶ λέ-
 γουσι πρῶτῳ τῷ ποιητικῷ, εἰσάγουσαν εἰς τὸ
 βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἠθῆ καὶ πάθη
 καὶ πράξεις μέθ' ἡδονῆς. οἱ καὶ ἡμέτεροι ἢ μόνον
 ποιητικῷ ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν, Δατῆτο καὶ
 τῆς παιδαγωγίας, εἰς τὰ ἑλλήνων πόλεις, πρῶτιστα Δατῆ
 τὴν ποιητικῆς παιδαγωγίας, ἢ ψυχαγωγίας χάριν
 δὴ πρῶτον ψιλῆς ἀλλὰ καὶ σωφρονισμῶ. Id est:
 Censent antiqui poëticen esse præcipuam quandam
 disciplinam, quae à puero nos instituat ad vitae hone-
 statem, & cum jucunditate doceat, quales affectus,
 mores & actiones nostrae esse debeant. Nostri verò ho-
 mines vel solum poëtam putarunt esse sapientem, eaq;
 ob causam civitates Graeciae pueros primum omnium
 in poëtarum scriptis erudiunt, non futilis certè oble-
 ctationis gratia: sed ut ad moderationem modestiamq;
 assentiant. Plato etiam libro 2. de rebuspub. hoc genus
 doctrinae commendans, quale omnino esse conveniat,
 quibusque de causis usurpari, luculentè demonstrat.
 Sunt autem qui existiment, Homerum & hoc poemá,
 & alia

& alia ludicra, de quibus alicubi fit mentio, etiam hac de causa composuisse, ut de viribus ingenij sui periculum faceret, antequam magni operis compositionem aggrediretur. quo consilio Euripidem ἐλαφοκωμομαχίαν & alios alia quasi προγυμνάσματα elucubratos fuisse accepimus. Ut autem propius ad rem accedam, primum hoc est indicandum, poetam ranarum & murium pugnam ita describere, quasi illa commissa esset juxta Eridanum, cujus rei causa talis est annotata, in manu exarato codice, de quo meminimus, ὅτι ἡ τῶν βατράχων γένεσις ἐκ θερμῶν ὕδατων καὶ πηλῶ γίνεται. τοιοῦτο γὰρ τὸ ἡριθάνει δὲ τὸ ἐκεί κεραιωθέντα φαέθοντα.

Quippe ubi temperiem sumserit humorq; calorq;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus,
Cunq; sit ignis aque pugna, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia foetibus apta est. Ovid.
l. 1. M. Generantur autem ranæ partim ex limo vel pulvere æstivis imbribus madefacto. de qua generatione meminit idem poeta lib. 15. Metamorph.

Semina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus: mox apta natando
Crura dat, utq; eadem sint longis saltibus apta,
Posterior superat partes mensura priores:

Partim ex semine, de quo ortu ita Plin. lib. 9. cap. 51. Ranæ superveniunt, prioribus pedibus alas foeminae mare apprehendente, posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda insignes. Mox pedes figurantur,

cauda

cauda findente se in posteriores. Mirumq; semestri vi-
ta resolvuntur in limum, nullo cernente, & rursus
Vernis aquis renascuntur quæ fuere natæ, perinde oc-
cultæ ratione, cum omnibus annis id eveniat.

Ut autem hac in parte servavit id, quod $\alpha\rho\epsilon\pi\omicron\nu$
dicitur, hoc est, decorum, cum conveniente loco hujus
fabulæ quasi scenam collocavit: ita ubiq; considerata
ranarum ac murium natura & proprietate, iisq; re-
bus observatis, quæ in apparando & suscipiendo atq;
conficiendo bello usu venire solent, de singulis apte
congruenterq; scribit, utiturq; oratione tam perspicua
& evidente, ut pleraq; quasi gerantur, sub aspectum
penè subjici videantur. Utriusq; etiam generis animal-
culis convenientia imponens nomina, facit, ut simile
quiddam historiæ representetur. quorum nominum
rationem infra explicabimus. In Suida & codice illo
antiquo, de quo mentio facta est, reperitur inversum
poëmatæ hujus nomen $\mu\upsilon\omicron\beta\alpha\tau\epsilon\alpha\chi\omicron\mu\alpha\chi\iota\alpha$, quod
mures belli autores fuerint. & additur poetam hoc
opusculum composuisse, $\epsilon\tau\omega\nu\ \delta\epsilon\kappa\alpha\tau\epsilon\omicron\varsigma\acute{\alpha}\rho\omega\nu$, id est,
natum annos XIV. Quasi verò grandioribus doctis &
eruditæ viris indigni sint lusus liberales, aut hi non
etiam ita ludantur, ut seria ducant, secundum poë-
tam. Cum in talibus & ingenij acumen & industria
elaborationis eluceat clarius interdum quàm seriis ar-
gumentis. Sed de his nunc disputare non est opus. Est
autem $\mu\upsilon\varsigma\ \delta\pi\omicron\ \tau\epsilon\ \mu\upsilon\omega$, quia in latibulis occultitur,
& quidam ludens appellavit $\mu\upsilon\tau\eta\epsilon\iota\alpha$ murium ca-
vernulas. $\omicron\tau\iota\ \tau\eta\epsilon\theta\omicron\iota\ \tau\epsilon\varsigma\ \mu\upsilon\varsigma$. $\beta\acute{\alpha}\tau\epsilon\alpha\chi\omicron\varsigma$ autem
est

est ὁ τραχέως βοῶν, quasi βοᾶτραχῶ.

δέχομαι (πρῶτον.) Exordium continens propositionem poetice figuratam numinis Musarum invocatione, qua Lector tanquam ad rei gravissimae cognitionem attentus redditur. Musarum figmento, notum est, significari vim mentis humanae, veritatis indagatricem, & scientiae conciliatricem, quam divinam esse omnes judicant. Indicat hoc origo nominis, quae traditur in Cratylo. τὰς δὲ μῦσας τε ἔ' ὅλως τὴν μυσικὴν ἀπὸ τῆς μῶσθ' ὡς ἔοικε, καὶ τῆς ζῆλῆσεως, καὶ φιλοσοφίας, τὸ ὄνομα τὰτ' ἐπωνόμασε. ad quam originem alludit Theognis his elegantissimis versibus:

χρὴ μυσῶν θεράπων ἢ ἀγγελον, εἴ τι πειρασὸν εἰδοίη, σοφίης μὴ φθονεργὸν τελέθειν.

ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθ', τὰ δὲ δεικνύουσι, ἀλλὰ δὲ ποιητὶ σφιν χρῆσι μὲν ἐπισάμα; (εἰν. Musarum praeco & famulus non invidus esse

Debet, plus aliis si sciat & sapiat:

Sed meditetur, componat, monumenta quoque promat.

Quae utilitas aliis, si sciat unus, erit?

De Musarum numero disputatur lib. 9. Sympos. Plutarchi, quaest. 14. & alibi. χορὸς cœtus gaudij & letitiae, ἀπὸ τῆς χάρας, ut est apud Platonem νόμων β. σλώσει δὲ, inquit Phurnut. Ἐσυχόρουσιν ἀλλήλαις, πρὸς ὁράσασιν τὰς, τὰς δρεταὶς ἀχωρείσθαι αὐτῶν καὶ ἀδιαζύκτους εἶναι.

ἐξ ἑλικῶν) Finguntur Musae versari in Helicone monte Bœotiae & in aliis montibus, quod sola loca apta sint studiis sapientiae, juxta vetus dictū: ἐρημίας

χωρεῖς

χωρὶς ἑδὲν σεμνὸν ὄρεσκεται. Donat. ex Menandro hoc citat: ὄρετικῶ εἶναι Φασι τῶ ἐρημίαν οὐ
 τας ὄφρῦς αἰρῶντες.

ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ) Optat se posse præclari ali-
 quid scribere. ἦτορ cor significat ἔσ' animum. ὡσαύτ'
 αἶω τὸ πνέω. πνεῦμα γὰρ νοερόν ἢ ψυχὴ. Eustath.
 α. Iliad.

ἰὼν νεὸν) Sententia est: Quod carmen constitui me
 velle scribere. δέλτα ☉ tabula, vel liber figura trique-
 tra, de quo ita Eustath. II. γ. τὸ τῆς δέλτα ὄνομα
 ἀνωθεν κατέβη, ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἦ-
 τουι ἐκ τῆς δέλτα πησομύων γραφῶν. αἰκυρί-
 ως δέλτοι καλέμεθα ἀφῆκαν τοῖς ὕστερον βιβλί-
 οῖς κληρονομήσαι τοιαύτης κλήσεως. Idē Φ. Odys.
 δόξοι δ' αὖ καὶ τὸ δέλτα ὄνομα ἐκ τῆς κατ' αἴγυ-
 πτον βύβλων ἐπιθεῖσθαι ταῖς ἀρῆ βίβλοῖς, ἀπὸ
 τῆς καθ' ἰσορίαν ἀφῆγηκῶν αἰγύπτιον δελτωτὸν.

Ἐπὶ γένασι γῆκα) Ἰμῆσις. ἐπέθηκα γένασι. In
 antiquo libro habetur tale χόλιον: ἰὼ ἐν ταῖς βί-
 βλοῖς ἐγράφων καὶ χωράτων δηλονότι ἔθηκα ἐν
 τοῖς ἐμοῖς γόνασιν. ὁ γὰρ γραφῶν τίθησιν ἐν τοῖς ἐ-
 αυξ γόνασι τὴν χάριν καθ' ἑ γράφει. Suidas expli-
 cans proverbium, ἐν πέντε κερτῶν γόνασι: inquit
 ἐπεὶ οἱ κερταὶ ἐν τοῖς γόνασι εἶχον, ἀνω εἰς
 γραμματεία ἐγράφετα.

πολεμόκλονον ἐρ.) appositio addens rei αὔξησιν.
 μέροπας ajunt homines esse dictos, vel quòd distincto
 vocis sono utantur (Graeci φωνῶ ἐναεθρον vocant)
 vel quòd ἀλέκτοι nationum atq; gentium varie
 sunt:

sunt: quam nominis rationem probans Eriphanius, lib. 1. κτ' αἰρές. διεσκέδασε inquit αὐτῶν τὰς Γλώσσας, καὶ ἀπὸ μίας εἰς ἑβδομήκοντα δύο διένειμε, κτ' τῶν τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν ἄρεθέντα, ὅθεν καὶ μέρορες ἔτοι κέκληνται, ἀφ' τῶ μεμεροισμῶν Φωνῶ.

ἐν βατρα.) τμησῖς. ἐνέβησαν βατραχοῖς. ἀρεῖς βειν est præclare se gerere. ἀρεῖς εἶον premium quod confertur fortiter se gerentibus.

μῦς ποτε.) Narratio primùm quidem simplex, sed mox in personas quasi sparsa, ut sit δραματικὴ, hoc est, αἰτιόσα, qua belli exordia perquam belle exponuntur. Sunt autem hoc loco digna observatione ἡθῆ duo, alterum hospitalitatis in rana: jactantiæ alterum, in mure Hospitalitatis magnam veteres rationem duxisse constat, quod existimarent hospites & peregrinos & exules præcipuè in Deorum tutela esse, & imprimis Jovis, quem ideò ξένιον appellatum fuisse legimus. Hinc Nausicaa Ulyssææ ξ inquit: πορὸς γὰρ διὸς εἰσὶν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοὶ τε. Et Ulysses ejusdem operis lib. 5. αἰδοῖσθαι μὲν τ' ἐστὶ, καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι ἀνδρῶν ὅσις ἱκῆται ἀλώμενθαι ὡς περ ἐγὼ νῦν. Memoria proditum est, apud Lucanos lege fuisse vetitum, ne quis hospitem sole occidente ad se divertentem, expelleret, eumq; qui legem hanc violasset κακοξενίας accusatum graviterq; fuisse multatum. γαλέλιω & contracte γαλιῶ alij felem interpretantur, alij mustelam, alij catum Sed Nicol. Perrot. satis ut videtur probat, nullum aliud esse animal quàm mustelam.

μελιη-

μελιηδέει) mellita, hoc est, sitienti gratis. Dioscor. lib. 5. aquam dulcem appellat, quae gustanti nullam affert molestiam.

λιμνόχαρις) περίφρασις ranae, quae paulò post proprio nomine Φυσίγαθον dicitur ab inflatis buccis Bausback. ἡ δὲ τὸ τὰς γνάθους Φυσᾶν. πολυφῆμος autem epitheto admirabili joco usus est propter ambiguum significationem, & proprium hoc nomen tributum immani illi & hominum devoratori Cyclopi. Est autem magnae celebritatis multiplicisq; praedicationis in hoc vocabulo, itemq; garrulae & loquacis vociferationis significatio.

ἐπὶ δ' ἐφ.) manuscriptum habet: ἐπὶ τ' ἐφατ' ἐκ τ' ὀνόμαζεν.

δῶρα ἤ) Plenè dixit δῶρα ξεινήια, quae aliàs sunt ξένια: ξενίων δε τε θυμὸς ἄρις.

εἰμὶ δ' ἐγώ) περίληψις hujus sententiae: Si forte quæris, quis ego sim, dicam tibi, &c. πηλεὺς & postea πηλῶσι, & πηλείων ἀπὸ πηλῶ quod lutum significat, ut sit lutaria.

πότε γῆνα.) in antiquo est, αὐθρέψατο.

μιχθεὶς ἐν) verecunda concubitus περίφρασις, qualis est illia. β' ἢε γυναῖκα νέλω ἵνα μίσγεται ἐν φιλότητι. Hujusmodi aliàs annotavit Gel. l. 9. c. 10. σκήπτρον scipionem significat, quem reges ut insigne quoddam imperij gestabant. Est autem ab innitendo dictum, quod est σκήπτρα.

τὸν δ' αὐψιχ.) Responsio muris plus satis superperba & arrogans. Subjicitur nobis hoc loco prae-

rium, quale est Homericum hoc Iliad. ε'.
 ε' μὲν καλὸν ὑπερβιον δ' ὑπερβιασθαι:

Non pulcrum est sese jactare superbe.
 Et Theognideum hoc:

μηποτε κύν' ἀγορεύσθαι ἔπος μέγα. οἶδε γὰρ εἰδὲς
 ἀνθρώπων ὅτι νῦξ, χ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ.

Cyrne, cave, unquam verba loquaris grandia. nemo
 Novit homo, quidnam noxve diesve ferat.

ψυχάρπαξ micarum raptor, ὡς γὰρ τὸ τὰς ψυχὰς
 ἀρπάζειν.

Φώνησέν τε) Versus αὐδαίζων, quo videtur
 poeta fastum dicentis significare voluisse. quamvis ali-

ās numerorum rationem non ita accuratè, ut Virgilius
 ad rerum expositionem accommodasse videatur. τρω-

ξάρτης est, ὁ τρώγων τὰς ἀρτας, arrodens panes.
 λειχομύλη ἢ λείχου τὰς μύλας lingens molas

scilicet triusatiles, ad ciborum præparationem perti-

nentes. quas Xenophon lib. 6. κυρπαιδ. χειρομύ-

λας vocat. πλεροτρώκτης ὁ τρώγων τὰς πέρνας,
 arrodens pernas.

παρ' αὐθ.) πάρεσι Jonice.
 ἀρτὸ τρισκοπαι) panis bene subactus & coctus.

ἀπὸ τὸ κόπειν, quod cedere, tondere, subigere signi-

ficat, est δροκόπαι) pistor & δροκοπέιον pistri-

num, & κόπανον pistillum. unde κοπανιστὸν fecit
 poeta. τρεῖς autem significationem auget eorum, cum

quibus jungitur, ut apparet in τρισμάκαρες, τρισ-

αὐθλι, &c. Legitur autem in manuscripto δισκο-

πάνις, quo vocabulo videtur is panis significari,
 quem

quem vulgo bis coctum vocant. veteres ναυλικόν, id est, nauticum appellarunt.

πολύσησαμο) Non dubito quin vera haec sit veteris libri lectio, nam altera orthographiam non tuetur: Est autem σησαμῖς, quod & σησάμη & σήσαμον dicitur, semen peregrinum, quod veteres soliti fuere cum aliis admiscere edulis; tum panibus, quos σισαμίτας appellarunt, & placentis, quas σησαμουῦτας ut ex Polluce & Galeno constat. Hodie ex Graecia & Peloponeso hoc semen ad nos afferri scribit Matthiolus.

ἡπαταλαχο.) Jecora quae peritonaeis implicari solent, Sed Graeci tradunt hanc esse appellationem placentae similis epati, quae vulgo fuerit vocata σακχαροπῆγλις. μελίτωμα libum ex melle & farina, quod alias μελίπηκτον & μελιτήστα dicitur. τὸ ποσῖτον pro ὀ Αἰολικῆ. αὐτὴ sicut βοή pugnam significat ἐκ τῆς ὄρακολῆθουῦτος, propter clamores & strepitum pugnantium.

ἔδεδι αὐ.) ridicula allusio ad proverbium: Malum virum vel mus mordeat.

αλλ' Ἰπὶ λεκ.) hinc musculus quidam λεχίνωος dicitur, quem tamen alij à lingenda cauda dictum putant. νήδυμῳ ὑπνῳ unde non citò expergisci aliquis possit. à νή quod negat, ut νηρθμοὶ innumeri, νηποινεὶ impune. & δῶκα mergere, emergere. Virgil.

Dulcis & alta quies.

πάντα τὰ.) suspicor legendum πάντοτε. κίρκον circum. Plin. lib. 10. cap. 8. ὄνομα τοῦ πεποιημένου, ἐκ τῆς

ἐκ Φηρίων. Festus circaneam vocat, qui volando circulum facere videtur. Ab Aristotele tertium genus accipitris numeratur post triorchin & aescalonem. Quidam putant esse falconem.

ἔ τ' ἄ τλοις.) in antiquo erat πρᾶσοις.

ἔ κολοκλώ.) κολοκλώθη cucurbita est, quam cum adjectione Diosc. lib. 2. cap. 127. ἐδώδιμον vocat, quod sic esui, ut discernatur à colocynthide, quæ in medicina tantum usurpatur. de qua idem lib. 4. c. 171.

ταῦτα γδ ὑμέτ.) figura orationis Homericæ. νεσορέη πρὸς νηὶ πύλην ἔβασίλην. Iliad. 6. Tale est hoc Horatianum lib. 1. serm. sat. 4.

— Cum mea nemo

Scripta legat, vulgo recitare timentis, &c.

πρὸς τὰδε.) Irridet rana musculum jaetabundum, & modestè suas commendans commoditates iterum illum ad se invitât:

Ἰπὶ γαστέρι) μετωνυμία. significantur enim res ventri gratæ, nimirum edulia.

ὡς ἄρ' ἔφη) Conscendit mus ranam, quamvis sciat à natura hoc sibi negatum, in aquis ut versetur. ideoq; paulò post stulticiæ suæ poenas luit. Quo loco hoc innuitur à poëta, superbiam & jaetantiam cum imprudentia conjunctam esse solere. Sunt autem hic pulcerrimæ ὑποτοπώσας muris quasi equitantis in rana, & postea pereuntis in aquis.

ὁδ' ἔβαν.) ἐκείν. ὁ γδ ἦλθε θόας Ἰπὶ νῆας ἐχάτων.

κύμασι πορφυρ.) Λυαυὸς ἄλλα πορφυρέστων
dixit,

dixit, hoc est, mare purpurans, quod verbum ponitur in versu Furij apud Gellium lib. 18. cap. 9. Spiritus Eurorum virides tum purpurat undas. Cic. 2. Acad. Maris unda cum est pulsa remis purpurascit. πορφυρίζει. Caussam exponit Aristot. libro de colorib. cap. 2. Φαίνεται ἢ καὶ ἡ θάλασσα πορφυροῦσθαι, ὅταν τὰ κύματα μετεωρίζονται καὶ τὴν ἑγκλισιν σκιασθῆ. πρὸς γὰρ τὴν ταύτης κλισιὸν, ἀδενεῖς αἱ ἥλιος αὐγαὶ προσβάλλουσαι, ποιεῖσι φαίνεσθαι τὸ χρώμα ἀλγρόν. Id est, Quia mare purpureum videtur, cum fluctus, qui efferuntur, qua parte inclinant, opacati fuerint. Nam imbecilles Solis radij in marinæ subsidentiam incidentes, faciunt ut color purpureus appareat. Vide & XXIII. problematum sectionem.

ἀχρηστον μεταν.) νόημα, implicata personæ sententia generalis, quæ possit esse hujusmodi: Sera est pœnitentia, cum corrigendi delicti locus nullus esse relictus.

ἐν ἢ οἱ ἤτορ) Fieri hoc consuevit in metu. In captivis Plautinis Tindarus indignatur suffultare cor, cum ipse vix astat præ formidine. Caussam Aristot. exponit in libro de respirat. cap. 19. his verbis: οἱ φοβόμενοι κατὰ ψύχονται τὰ ἄνω. τὸ ἢ θερμὸν ὑποφεύγον καὶ συσελλόμενον, ποιεῖ τὴν κίνησιν, εἰς μικρὸν, συωθέμενον ἕτως, ὥστε ἐνίοτε ἀποσβέννυσθαι τὰ ζῶα καὶ ἀποθνήσκειν διὰ φόβον. Id est, Superiores metu percussorum partes refrigescunt. Cum autem calor suffugiens contrahitur, motum efficit, quia in

angustum cogitur, ita ut animalia interdum extinguantur & moriantur propter metum.

δεινὰ ᾄ) δεινῶς sicut, Stabat acerba fremens. Est autem post hunc versum alius ordo versuum in antiquo exemplo, quem exprimi curavimus, ut narrationis series esset concinnior.

ὕδρ' ὅ δ' ἐξ.) Causam metus declarat, ὕδρ' ὅ quem & χέρσυδρον vocant, quod non in aquis tantum sed in terra etiam degat, Latinis est natrix, ranis admodum infestus, teste Aliano lib. 12. de animalib. c. 15. de quo plura Nicander in Theriacis, & Virgil. 3. Georg. Mox οἴου pro ὅτι positum videtur, vel pro articulo. Fingit autem poeta ranam culpa carere interitus muris, cum dicat illam hoc relicto, cui prodesse non posset, aquas subiisse, vitæ suæ ut consulere. ἀλλά αὐτὸ frequens est pro ἡλώσαστο. κῆρα μέλαιναν vocat mortem.

Δῦ) ἔδου, sicut βῆ, φῆ, pro ἔβη, ἔφη.

κατέτριζε) μῦες τετρηγότες Aratus. In carmine de philomela Mus mintrat.

πολλὰ δ' ἐβόα) ἔκτασις.

ἀπὸ σώματ' ὅ) expedite, memoriter, hinc ἀποσοματίζειν memoriter recitare, memorare.

ἔχ' ἔτω) Fabula, quæ perquam facetè intexitur, κατ' ἀντίθεσιν, nota est de vigesimo Idyllio Theocriti, & libro secundo metamorph. Ovidij. Φόρτον ἔρωτ' ὅ vocat amatam à Jove puellam, & taurum, ipsum Jovem, mutatum in taurum.

ὠχρὸν δέμας) ὠχρὸς est de albo & flavo compositus

situs
quale
ut re
possit
esse d

π
stotet

Theo

σκέλ

μικρ

ὄσα

τοίς

λ

celer

mere

ictum

pugil

exer

bus, q

Plut

τ

ἢ ὠ

το. ὠ

ubi d

ἔ

Theo

Meta

A

Anth

situs color, ut tradit Plato, qui Latinis est pallidus, qualem ranarum esse constat. δέμας corpus in quo velut revincta est anima. Macrobius lib. 1. in som. Scip. Sed possit aliquis suspicari à structura potius membrorum esse dictum: ἀπὸ τῆς δέμεϊν, quod est edificare.

παγκρατίω) Qualia haec certamina sint, ex Aristotele rectiss. cognosci potest, qui lib. 1. Rhetor. ad Theod. cap 5. ita scriptum reliquit: ὁ δυνάμει τῆς σκέλης ῥιπτεῖν πῶς, καὶ κινεῖν ταχὺ, καὶ πόρρω, δρομικός. ὁ ἢ θλίβει καὶ κατέχει, παλαιστικός. ὁ ἢ ὠσαί τῆς πληγῆς, πυκτικός. ὁ δ' ἀμφοτέροις τέτοις, παγκρατικός. ὁ ἢ πᾶσι τέτοις, πένταθλον. Id est, Qui potest crura jaculari quodammodo, celeriterque movere, cursor à natura factus est. Qui premere fortiterque tenere, ad luctam est idoneus. Qui ictum longè à se pellere, pugili non malus est. Qui ad pugilationem luctationemque valebit, is ad pancratium exercendum accommodatus erit. Qui verò valet omnibus, quinquertio est. Vide plura libro quarto συμποσ. Plutarchi περὶ ἑλ. quarto & quinto.

τίσθσιν σε μυῶν στρατός) Iliad. β'. ὡς Φάσαν ἠ' ὠληθὺς. Thucyd. lib. 1. τὸ ὠληθὺς ἐψηφίσαντο. περὶ ἡληθικὰ haec vocantur & Ἰπτιμερζόμνα, ubi à voce ad significationem convertitur constructio.

ἔχει θεός.) γνώμη: Cernit Deus omnia vindex. Theocrit. Idyl. 28. ὁ γὰρ θεός οἶδε δικάζειν. Ovid. 13. Metam.

Aspiciunt oculis superi mortalia justis.

Antholog. lib. 3. ὄμμα δίκης καθορᾶ πάντα τὰ

γνωμόνα, Προν. πολλάκιεν εἰδείης, οἷς τὸν θεὸν
 ἐξαπατήσας. Plutarch. πῶς δὲ τὸν νέον. vocat
 ἐπιρρήσας tales sententias, quas rei expositæ subjicit
 aliquis ad declarandum suum iudicium. Nam de Ho-
 mero loquens, ὁ δὲ, inquit, καὶ ταῖς ἐπιρρήσεσι
 χεῖται, καθάπερ τινὰ ψῆφον ἰδίαν ἐπιφέρων
 τοῖς πρᾶτοιμοῦσι, ἢ λεγομένοισι. ὅτι μὲν τῷ μοι-
 χείας τῷ ἄρεως τὰς θεὰς ποιῶν λέγοντας· ὅκ
 δὲ εἰ ἀκακὰ ἔργα. κίχάνη τοι βραδύς ὠκυῦ, ὅκ
 ποιῶν ἄντικα)

In sunt morientibus presagia, ut
 in Hectore apparet predicente interitū Achilli Iliad. χ.

ταῦτ' εἰπὼν) Nuntiatur muribus interitus Psi-
 charpacis à Lichopinace, quo nuntio moti jubent ad-
 vocari concionem ad deliberandum de vindicanda in-
 juria.

ἀπέπνευσεν) expiravit, id est efflavit animam.
 Iliad. δ. dixit integrè, θυμὸν ἀποπνείων. λείχοντι-
 ναξ dicitur ὁ λείχων ἰδὲ πίνακας, lingens scutellas.

ἐξολόλυξε) ejulavit. πεποιημένοισι. aliàs ὀλο-
 λύζειν ὁ ὀλολυγμὸς clamorem letum seu alacrem
 notat. Plin. lib. 11. cap. 37. ranas mares ololygones vo-
 cari scribit, cū voce cient ad coitum sceminas.

ὡς ὁρθρον) Innuit poëta, quo tempore suscipi
 debeant gravissimis de rebus deliberationes. Sed alibè
 dicitur γὰς εὐδὲ πρὸς τὴν λείης βελή, καὶ μῆτις ἀμεί-
 νων. de quo disputatur in VII. sympos. Plutarchi.

ὡς δὲ ἦλθον) Oratio Troxarte valde παθητικῆ,
 in qua insignis est μετὰσασις, ubi pater suffocati
 muris dicit, non ad se solum luctus hujus acerbitatem
 perti-

pertinere, sed etiam ad totum genus murium.

καινοτέραις τέχναις) Comparativus pro positivo, quæ ἐτέρωσις frequens est apud Homerum.

ξύλινον δόλον) alibi δόμον. παγίς autem ἔργον quamvis machinam significat, vel laqueum ad capiendas feras paratum. μύσαλα νερό ἔργον μύσαλα proprie est muscipula, quam eleganter describit Oppia. lib. 2. ἀλιότικῶν.

ταῦτ' εἰπὼν) ἐκφοσις armorum quibus mures usi fuerunt. κορύσσειν armare ἔργον incitare significat. Quod autem dicitur Martem incitasse mures ad bellum, id est γλυκὺ ποιητικόν, quo significatur illos magna alacritate bellum suscepisse.

λύχνος τὸ μεσομ.) Puto esse umbonem seu bullam ornatus gratia additam lychno. Nam ἔργον in galeis ὀμφάλῃς nominat poeta eadem significatione.

ἔγω μὲν.) Cum rana rumore nuntio certiores factæ de bello, quod contra ipsas moveretur, frequentes convenissent consultaturæ quid faciendum esset: advenit specialis Embasichytrus, qui murium nomine ἔργον auctoritate bellum ipsis indicit. Nullum enim bellum est justum habitum, nisi quod aut rebus repetitis gereretur, aut denunciatum antè esset ἔργον indictum.

πολέμοιο κακ.) ἔλλειψις τῶ ἐνεκα ἢ χάριν. qualis est:

Justiciæ ne prius mirer, belline laborum: II. Æneid.

σκῆπτρον.) in antiquo erat ῥάβδον. τυρόγλυφος caseorum excavatorem significat: ἐμβασιχύτε ἔργον inscendentem in ollas.

πόλειμόντε μαχ.) Geminatio hæc vocum ἐξηγη-
τικὴ veteribus usitata est, ut differentias illarum ex-
quirere non sit semper necesse. Talis est: ἄφενθ ἠγά-
ω λοῦτον ἄφύξειν, Iliad. α.

μάχεαθ) Infinitivus in significatione imperativa,
Jonicè.

ὡς εἰπὼν) Cum ranae percellerentur nuntio im-
pendentis belli, rex Phisignathus innocentia sua con-
scientia fretus hortatur illas ad sumendum arma con-
tra injustam vim murium, & consilium quoddam
suum exponit, quod si sequantur, victoriâ potitura esse
videantur.

λόγθ δ' εἰς) Plaut. rudente. Muliebris vox mihi
ad aures venit. τρόπαιον, victoriæ monumentum,
quale describitur à Marone II. Æneid τὸ ἦ ἰστᾶν τρό-
παιον παρὶ φρασικῶς ἴσον τῶνικᾶν, ὡς ἐκ τῆς
μάχης ἀποτελέσματος καθ' ἡμῶν ἐτρέποντό τινες.
Eustath. Iliad. κ.

ὡς ἄρα) In antiquo exemplari habetur alius ver-
sus. ὡς εἰπὼν ἀνέπρησε καθοπλίζεαθ ἅπαντας.
Describitur autem deinceps ranarum πανοπλία per-
quam decenter. μαλάχη genus malva δὲ πὸ τῆς μα-
λάτης, ab emolliendo ventre. Plin. lib. 20. cap. 21.
τεῦτλον & σεῦτλον beta est. ὀξύχοινθ genus
junci apud Dioscor. & Plin.

δρηρει) ἀνήρημοσο, ab ἄρω, cuius medium præ-
teritum est ἦρα. Attice ἀρηρα, unde δρηρειν.

κοχλιῶν λεπῶν) Possit aliquis suspicari pro λε-
πῶν legendum λέπυρον vel λέπυρα, quod nomen
testam

testam significat. ita sententia fuerit: Et contegebant
capita galeæ, quæ erant testæ cochlearum.

Ζεὺς ἦ) Hæc est quasi Ἰπίτωσις fabulæ. Cùm in-
structo ex utraq; parte exercitu prælium jam esset com-
mittendum, inducit poëta Jovem hortantem Miner-
vam F. ut opem ferat muribus familiaribus suis. Ea re-
spondet neq; muribus se opem laturam, neq; ranis, quod
ab utrisq; affecta sit quibusdam injuriis. Autor etiam
est aliis Diis, ut spectatores potius esse velint, quàm pe-
riculum pugnæ subire. Ita dilatatur argumentũ fabu-
læ, simulq; hoc significatur, quod alibi in Iliade, nun-
quam prælia committi, quin divina providentia even-
tus victoria gubernetur. Innuitur & hoc, rerum futu-
rarum scientiam divini numinis esse propriam. Isocrat.
ἡ σοφιστῶν. οἶμαι γὰρ ἅπασιν εἶναι φανερόν ὅτι
τὰ μέλλοντα προγινώσκον, ἢ τὴν ἡμετέραν φύσεώς
ἐστίν· ἀλλὰ τοσούτον ἀπέχομαι ταύτης τὴν φρονη-
σεως, ὡς ὁμηροῦ ὁ μέγιστον δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ
χρῶν, ἢ ἵδεν θεὸς πεποίηκεν, ἵδεν ὅτι βελευομένης
πρὸς αὐτὸν ἢ τὴν ἐκείνων γνώμην εἰδώς, ἀλλ' ἡμῶν
ἐνδείξασθαι βελομένης, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἐν τι-
τῆτι τὴν ἀδυνατίαν ἵδεν. Id est: Censeo hoc perspicuum
esse universis, rerum futurarum præsentionem natura
nostræ non esse concessam. Nam ab hac prudentia ita
longè absumus, ut Homerus maximã ex sapientia lau-
dem adeptus, interdum etiam Deos fecerit consultantes
de rebus futuris, non quod sententiam illorum sciret:
sed ut nobis significaret, hoc unum ex eorum esse nume-
ro, quæ præstari ab hominibus nequaquam possunt.

οἶ

οἱ (Θ κενταύρ.) Vide Diodor. Sicul. lib. 5. de fabulosis antiquorum gestis, & Plin. lib. 7. cap. 56.

ἑοργαν) pro ἑόργασι. ab ἔργω, τὸ ἐργάζομαι, sicut ab ἔλπω est ἑολπω.

ἔδακε Φρένας) Iliad. ε'. δάκε ἢ Φρένας ἔκτορ μῦθ (Θ. Virgil. Quando hæc te cura remordet.

πέπλον μ8) πέπλ (Θ seu πέπλον palla fœminea, ὡς τὸ πρέπην, οἶονεὶ ὡ ρίπαλ (Θ. Eustat. Fuit autem Minervæ consecrata, quod texendi artificium ab hac inventum esse putaretur, ἡπητής, ὡς τὸ ἡπεῖν τὸ ράπην suere, sarcire, hoc loco est textor, ut opinor.

εἰσὶ γδ) Hoc dicit: animus ipsarum non constat sibi, hoc est, sunt stolidæ Iliad. ζ'. τρίτω δ' ἔτ' ἄρ νῦν Φρένες ἔμπεδοι, ἔτ' ἄρ ὀπίσω Ἔσονται. Iliad. κ'. ἔδὲ μοὶ ἦτορ Ἐμπεδον ἄλλ' ἀλαλύκτημα. Eustat. Φρένες ἔμπεδοι ἐναντίον τῶ, Φρένες ἡερίτοντα.

ὡς ἄρ ἐφη) Aggreditur jam poëta descriptionem pugnae, & producit primùm præcones signiferos, & culices qui tuba signum dent pugnae. Nam culicibus inquit Plinius lib. 11. cap. 2. natura truculentam, & portione maximam vocem ingeneravit. attribuit eadem etiam proboscidem tubæ similem.

καδδ' ἦλθον) κατῆλθον ἢ. τμησιν.

Ζεὺς κρογν.) Cur Jovi fulmina assignentur, conatur Plinius docere lib. 2, cap. 20. Judicarunt autem Græci dextra tonitrua felicia: Latini sinistra.

πρωτ (Θ δ') Hæc est sanè quàm luculenta pugnae descriptio, de qua facta est poëmati inscriptio. Significantur

ficantur autem in hac descriptione cum alia, tum hoc:
 ξυὸς ἐνυάλιϑ, καί τοι κτανέοντα κατέκτα.
 Iliad. σ', ὑψιβόας est alte clamans. λήχηνωρ lam-
 bens virum, sic ἀλεξήνορα χαλκὸν dixit poeta, &
 ἀγήνορα οἶνον. Sed alij eum musculum λήχηνωρα
 esse volunt qui caudam lingat suam.

καδδ' ἔπεσεν) κατέπεσεν ῥ. ἐθειρα & ἐθειρες
 cincinni. τρωγλοδύτης subiens cavernas musculus.
 πηλείων γαπα, quae supra πηλῶς, & paulò post πη-
 λῶσιϑ lutaria. ἀπὸ ῥ πῆλε. σδτλαῖϑ betaria.
 ἐμβασίχυτρεϑ scandens in ollas. δετοφάγϑ
 rarium vorator. πολύφωνϑ garrula.

πέτρω μυλο.) ὑπερβολή. Aliquoties poeta
 mentionem facit jactus lapidum in pugna. Sed Virgi-
 lio minus hoc virile visum est. ὠκιμίδης ab ocimo,
 quae herba aliàs Basilicon appellatur Basilien.

κάπτω εσε.) κατέπεσε Aeolice.

χορδῆσι) χορδή δ' τραφές καὶ δ' κλωσον ἐν-
 τερον. Eustat. unde & fides dicuntur chordae, quòd ex
 intestinis parentur.

λαγόνεσι) κτ' τὸς λαγόνας. λιμνήσιϑ ra-
 lustris. τυρόγλυϑϑ excavans caseos. πρερνόγλυ-
 ϑϑ excavans pernas. καλαμίνθιϑ, ἀπὸ τ' κα-
 λαμίντης, de qua Dioscor. lib. 3. cap. 36.

τλὼ ἀπίδα) Composita voce ριψάσις appella-
 tur, qui abjecto scuto locum in acie deserit, quae vox
 proverbialiter etiam usurpatur, de ignavis & timidis.
 Vide proverbium Abjecit hastam. λησραῖϑϑ præda-
 tor, grassator. sed λισραῖϑϑ derasor fuerit aut fossor:
 βορεβδ-

Βορβοροκοίτης cubans in caeno. πραιοσοφάγος
porrivorax. κνισσοδιώκτης sectator nitoris.

τένον(α) cervicem, pars pro toto. τένων enim si-
gnificat ligamentum connectens spondylos cervicis. Si-
gnificat & poplitum nervum latum & validum ten-
dentem ad calcem. τῆλοβάτης incedens per lutum.
κραυγασίδης patronymica forma ἀπὸ τῆς κραυγῆς
à clamore. Alibi legitur κραμβασίδης quo caulium
conscensor significatur, vel qui caulium speciem colore
referat, si φσcribatur.

ἐκχῦωτο) ἐξέχωτο.

ὀρφαίων) ὀρείγανον seu ὀρίγανον. Latine cu-
nula Dioscor. lib. 3. Wolgemut.

ὡ δέ τις) Cum mures victoriâ potituri videren-
tur, Jupiter ad ranas illam convertit, quæ sine causa
ad pugnam fuerant provocatae. Observetur hoc loco
ἡθ(α) adolescentis θυμικὸν καὶ θαρραλέον, cuius
causam in hac ætate exponit Aristoteles 2. Rhetor. ad
Theodect.

ἐν μύεσι) producta prima, quæ superius aliquo-
ties est correpta. δετεπίεσλ(α) insidians panibus.
μεριδάρπαξ particularum raptor.

δεῖς ἄεσκε) Jonice, pro ἡεῖς ἄε.

σεῦτο) ἐς ἄετ(α), quod volunt apud poëtam ha-
bere significationem asseverationis vel potius jactan-
tiæ.

εἰ μὴ ἄρ) Cum non est locus consiliis, vel potius
auxiliis humanis: tum divinum requiritur auxilium
unde & proverbium est natum, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

νῆς.

υῆς. Iliad. γ'. καὶ νύκεν εἴρυσεν τε, καὶ ἄσπετον
ἤρατο κῆδ' ὅ. εἰ μὴ ἄρ' ὄξυ νόησε διὸς θυγάτης
ἁφροδίτη, &c.

πατὴρ ἀνδρ) Aristot. θ'. νικομαχ. ὁμηροῦ τ'
δία πατέρα προσουγορῶν. πατρικὴ γὰρ δεξιὴ
βέλεται ἢ βασιλεία εἶναι. Eustath. πατέρα λέγει
τ' δια, ὡς δεχέτυπον τὸς γὰρ ἐν ἀνθρώποις πατέ-
ρας ἀφιδρύματα τὰ τοιαῦτα πατρὸς διὸς φασιν
οἱ παλαιοί. Idem tamen aliter hoc exponit.

ὦ πῶποι) χειλιαστικόν, quale hoc, Proh Dij,
Dij immortalis. βλεμεαίνειν gestibus imprimis ocu-
lorum commotionem animi significare.

ἀπαμφο) Habet hoc verbum significationem vi-
sibilitudinis, qualis est in colloquiis.

ὦ τιτάνας) Historia est in theogonia Hesiodi.

ἤλθον) Descriptio cancrorum ἀνιγματώδης,
qualis est lib. 6. anthologij tit. 3. Statyllij Flacci, quam
ascribere libuit:

Ραιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμμοδυόταν,
Οπιθοβάμον' ἀτράχηλον, ὀκτάπουν,
Νήκταντ' ἐρυμνόνωτον, ὄσρακόχρσα,
τῶ πανι τ' πάγχερον ὀρμηιβόλ' ὅ
ἀχρας ἀπαρχαν ἀντίθησι κώπασος.

χηλαι cancrorum & scorpiorum brachia.

λοξοβάται) Hinc est proverb. καρκίνον ὀρθὰ βα-
δίξην διδάσκεις: cancrum recta ingredi doces. quod
Aristophanes in pace ita extulit: ἔποτε ποιήσεις
τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίξην. Ambulet ut cancer re-
cta haud effeceris unquam. σρεβλοὶ οὐκ οὐκ
id est,

id est, Διάσροφοι, aliàs Φολκοί. Ψαλιδόσομοι
 ore fornicato, vel forpiculos in ore gestantes. βλαισοὶ
 distortis & pravis cruribus. Galenus de morborum
 causis. καλῶ ἢ βλαισὸν μὲ τὸ ὄπι τὸ ἐκτὸς
 ῥέπον. ῥαιβὸν ἢ τὸ ὄπι τάναντία. Pollux. ῥαιβὸς
 καλῶσιν οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη.
 βλεωσὸς ἢ οἷς τὸ ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω
 ἀπέσραπται. Eodem propè modo Latini varos &
 valgus discernunt.

οἱ ῥα μυσῶν) Cancrorum strategema, qui mures à
 tergo circumveniunt.

F I N I S.



Leon-

Leonhartus Lycius.

Omnia qui magni facimus tua, docte Melanchthon :

Spernere qui tenues possumus hasce micas :

Quas restare tuis de cœuis scimus : Abeste


Vos saturi : tenuem nos iuvat esse cibum.

Plato de rebuspub. lib. secundo.

ἐκὼν οἶδα, ὅτι δεχθὲν πάντος ἔργα μέγιστον,
ἀλλῶστε καὶ νέω καὶ ἀπαλῶ ὅτῳ ἔν. μάλιστα γὰρ δὴ
τότε πλάττειται καὶ ἐνδύεται τύπῳ, ὃ αὖτις βέλη-
ται ἐνσημῆνασθαι ἐκάστω Κομιδῆ μὲν ἔν. ἀρ' ἔν
ῥαδίως ἔτω παρήσομεν τὰς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῆ
ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκέραιας τὰς παί-
δας καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς, ὡς ἐπιθετο πολὺ
ἐναλίαν δόξας ἐκείναις, ἀς ἐπιδαὶν τελεωθῶσιν
ἔχθαι οἰησόμεθα δεῖν αὐτὰς; ἔδ' ὅπως ἔν παρή-
σομεν. πρῶτον δὴ ἡμῖν ὡς εἰκέν, ἐπισατητέον τοῖς
μυθοποιοῖς, καὶ ὅν μὲν ἀν καλὸν μῦθον ποιήσωσιν,
ἐγκριτέον. ὅν δ' ἀν μὴ, ἀποκριτέον. τὰς ἡ ἐγκρι-
θέντας πείσομεν τὰς τρέφους τε καὶ μητέρας λέγειν
τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς
μύθοις πολὺ μᾶλλον, ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσὶν
ἢ νῦν λέγασθαι τὰς πολλὰς ἐκβλητέον.

Plutarch. πῶς δεῖ τὸ νέον ποιημάτων ἀκέραιον.

ὡσπερ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις πρὸς
φυόμενον καὶ Διαδιδῆς τὴν δυνάμιν εἰς τὸ οἶνον,
μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν κατάφορον τοῖς πίνου-
σιν ἔτω τὰς λόγους ἢ ποιήσεις ἐκ φιλοσοφίας
ἀναλαμβάνουσα μινυμῆρας πρὸς τὸ μυθῶδες,
ἐλαφρὰν καὶ προσφιλεῖ παρέρχεται τοῖς νέοις τὴν
μάθησιν.



SCHOLIA PHILIPPI
MELANCHT. IN HOMERI
ΒΑΤΡΑΧΟΜΥΟΜΑΧΙΑΝ, AB ADO-
lescente studioso excerpta.

Quod quidam indocti dubitant, isne Ho-
merus qui Iliada & Odysseam reliquerit, hoc
mellitissimum carmen scripserit, non est quod labores.
Constat enim ex ipso opere, quendam eximium &
multò maximi ingenij hominem fuisse, à quocunque
profectum sit hoc poëmatum. Quod si nihil aliud, ge-
nus tamen carminis Homerum autorem testatur. Est
autem Homerus unicum & bene dicendi & bene judi-
candi sive sentiendi exemplum, cuius fabulas si dili-
genter discussis, non oscitantem & minimè dormi-
tantem philosophorum sapientiam dixeris. Operi huic
à re Βατραχομυομαχία nomen indidit, quod si-
gnificat ranarum & murium pugnam. Βάτραχ
enim ranam, μῦς murem, μάχη pugnam Grecis de-
notat. Volebat autem poeta hoc argumento adolescen-
tibus odium turbarum & seditionum inserere. Et quòd
tandem vincunt ranæ auxilio divino, eo significatur,
in caput plerunq; autorum seditionis verti periculum
quod aliis moliebantur.

Ἐξόμυο) Invocat Musarum coetum, hoc est,
Musas universas, ut rem levem ac ludicram graviolem
 operor.

κατέτρωξαν ἀορ. α. αἰτ. ἀκατατρώγω consu-
 mo vel corrodo. ὁ πῆπλϑ perplus vel replum, palla
 faeminea.

ἐξύφηναι ἀορ. α. ὑφαίνω, Fut. ὑφανῶ, texo.

καμῆσαι Part. ἀορ. β. ἀκάμνω laboro, ἀορ. β.
 ἔκαμον. ἡ ῥοδάνη trama vel subtegmen, Cincray.
 λεπτὸς tenuis vel subtilis, λεπτολογία exilitas ora-
 tionis.

ὁ σήμεων flamen, Werffr. ἔνησα, ἀορ. α. ἀνέω
 neo.

ἐμποίησαν pro ἐνεποίησαν, ἀορ. α. per syncope
 ἀποιέω facio.

ὁ ἠπήτης *sartor*. ἐπέση, ἀορ. β. ab ἐφίσημι *insto*.
 πρᾶσσω *ago*. Item *exigo*, Ἰχ *fodere ab* / *Luc. 3.*
 πρᾶσφν τὸ Διατεταγμένον, *exigere quod consti-*
tutum est, Ὁ πρᾶκτωρ *debiti exactor*, *Luc. 12.* πρᾶ-
 κτήρ *praefectus exactioni publicae, vel negotiator*.

ὁ τόκ Ⓞ *usura, faenus, à τίκτω pario, quod fru-*
ctum ferat ex re non fructificante contra naturam,
quia pecunia non est sua natura res fructificans.

ἐξώργισμαι *Prat. pass. ab ὀργίζομαι irascor.*

χρησαμύνη *Part. med. Ind. 1. activum est χηίζω,*
mutuum do, Ἰχ leihe / χηίζομαι mutuor, id est,
mutuum sumo, Ἰχ borge.

ἀνταποδοῦμαι, ἀορ. β. act. à δίδωμι. δεηγέ-
 μεν *infin. pres. pro δεηγέμεναι Syncope, Dorica dia-*
lecto, pro δεήγην opitulari.

ὁ ἔμπεδ Ⓞ *firmus, stabilis, ἔκ ἔστιν ἔμπεδ Ⓞ*
 φρένα, *non est stabili animo.*

ἐκοπώθην ἀορ. α. pass. à κοπύομαι *fatigor, κό-*
 π Ⓞ *labor. δόομύην Part. pres. à δόομαι pro*
δέομαι indigeo per epenthesein.

ἐάω *sino. ἀορ α εἶασα.*

καταμύω *claudio oculos.*

παυσώμεθα ἀορ. α *Sub. πάυομαι quiesco,*
cesso.

ὑμείων *pro ὑμῶν. τρωθῆ ἀορ. α. Sub. à τι-*
τρώσκω vulnero. τὸ βέλος jaculum. ὀξύος acutus,
πεπείθοντο Imperf. med. pro ἐπείθοντο κτ̄̄ προ-
δρασειν, πείθω persuadeo, πείθομαι obaedio, est q̄z
ectasis in ultima syllaba.

ὁ κηί

ὁ καὶ ἡ ἀολλής, frequens, densus, confertus, congregatus.

κάδδ' ἦλθον pro κατῆλθον, δὲ per antithesin δ pro τ, ὅτι τμησιν. κήρυκε, Dual. nominat. ὁ κήρυξ pro eo. τὸ τέρας signum, prodigium. κώνωψ culex.

ἡ σάλπιγξ tuba. σαλπίζω tuba cano. ὁ κτύπος strepitus. βρόντησε pro ἐβρόντησε, ἀ βροντάω tonno.

ὁ ὑψιβόας altē clamans, νόμον rana, Ein schreier.

ἔτασε ἀορ. α. ὑπὸ τῷ ἔτάζω, vulnere, pungo.

ληχλώω, id est, lambens caudam, ἀ λείχω, lingo, ὅτι ἔφατ' cauda. μεταφορικῶς adulator. δερὶ pro δόρυ. τὸ δόρυ, hasta, lancea, poetice.

ἔσαότα Accus. part. pret. act. ὁ ἔσαώς, ὅτι ὅτι, pro ἔσακώς per syncopen, ἀ ἴσημι, sisto.

ὁ προμαχὸς primas pugna, antesignanus, Vorfechter, ut προμαχὸς τῆς ἀληθείας ἔδωκε λίαν, propugnator veritatis Evangelij.

κάδδ' ἔπεσεν pro κῆ, δὲ ἔπεσεν, per antithesin, vel ἀντίστοιχον, ἀορ. β. ἀ πίπτω cado.

ἐκόνισε ἀορ. α. act. ἀ κονίζω pulvere fædo, polluo, ἢ ἔθρα coma. δραβέω strepo. ὁ τρωγλοδύτης ingrediens rimas seu foramina, ἀ δῦμι ingredior, ὅτι τρώγλη foramen, Ein schleicher.

ἀκόνισε pro ἠκόνισε, omisso augmento, ἀ ακοντίζω jaculor. ὁ πηλείων Pelion, dominus de luto, ut supra.

πῆξεν pro ἐπηξεν, ἀ πηγνύω figo. τὸ σέρνον recte.

ἔπη, ἀορ. β. ἀ ἰπήμι anom. σάτλαος Sev-

laus, heræ comestor, Krautfresser / vel hortulanus.
 κέαρ, & per Crasin κῆρ cor.

ὄροτοφάγος panis vorator. ὁ πολύφωνος
 clamosus.

ἤρπε, ἀορ. β. προ ἔπεσεν cecidit.

τρῶσεν προ ἔτρωσε, ἀ τιτρώσκω vulnero.

πέτρος & πέτρα saxum. μυλοφθῆς rotun-
 dus, vel molaris, μύλη mola.

Φθὰς ἀντὸς. Part. ind. β. ἀ Φθαίω praevenio,
 anomalum.

μέσον προ μέσον epenthesis. τὸ σκότος tenebrae,
 caligo. τὸν προ ἐκείνον enallage. ὅσσε dualis, oculi.
 Huic caligo oculos operuit, id est, animum exhalavit,
 periphrasis.

ὠκιμίδης ocimides, ὠκιμον basilicon, ab ὄζω ve-
 doleo.

ἤλασεν ab ἐλάω ferio. πίσκετο προ ἐπί-
 σκετος.

ὁ Φαινός lucidus. ἀφάμαρτε προ ἀφήμαρτε,
 ἀορ. β. ab ἀμαρτάνω pecco, erro. ἀμαρτάνειν τὴ
 ἀληθείας aberrare à veritate. τὸ πάντος ἀμαρτάν-
 νεις, tota via erras.

κρομβοφάγος cramba vorator. ἔμπεσε προ
 ἐνέπεσε, ἀ πίπῃω cado. ἀπέληγεν imperf. ἀπὸ τῆ
 λήγω desino.

κάπεσε. ἀορ. β. προ κατέπεσε κτ' ἀντίσειχον,
 ἀνένδυσεν, ἀορ. α. ab ἀνανδύω renuo. Item suffi-
 cio, vel oculos attollo.

ἐβάπτετο βαπαι. ἀ βάπῃω tingo, inde βα-
 πίζω

πίζω in aquas mergo. ἐξεταίνύθη αἶος. α. pass. ab ἐκταίνύω extendo, anom.

ἐπορνύμην Part. pres. pass. ab ὀρνυμι incito. χορδήσιν pro χορδαῖς, per resolutionem. ἡ χορδή chorda, intestinum, fides Horat.

Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

λαγόνεσι pro λαγόνι, ἄ λαγών, ile vel latus.

λιμνήσιος ἄ λίμνη, palus, i. e. dominus de palude.

τυρόγλυφ Part. casei excavator.

ἐξενάριξε, αἶος. α. pro ἐξλωάριξε, ab ἐναρίζω occido, vel armis spolio.

πτερόγλυφ Part. ἄ πτέρνη penna, ἔ γλύφω τασα seu scalpro.

καλαμίνθη Part. dominus de Calamintha, ἄ καλή bona ἔ μίνθη, Wilder boleyn/ calamintha montana, Kaczenmintz.

ἤλατο αἶος. α. med. ab ἄλλομαι salio. λίσραϊος ἄ νοσε λίσρον, novacula, id est, depeculator, Ein Leutschinder. ἐμβασίχυτς Part. ollas intrans.

ὑδρόχαρις aqua gaudens. πτεροφάγ Part. Schindenfresser. τὸ χερμάδιον magnus lapis.

πλήξας Part. αἶος. α. ἄ πλήττω percutio. τὸ βρέγμα synciput. ἐγκέφαλος cerebrū. ῥιν ῥινὸς naris.

ἔσαζε, Imperf. ἄ σάζω stillo. παλάσσετο pro ἐπαλάσσετο, παλάσσω rohuo.

ὁ βορβοροκοίτης ἄ βόρβορ Part. caenum, ἔ κοίτη cubile, cubans in caeno, hehuo, Bolle Part. ἐπαΐσσω iuguo.

πρασσοφάγος comestor porri, ἔ πρᾶσον porrū.

κνίσο-

ilanus.
ων
rotun-
evenio,
nebra,
oculi.
alavit,
ζω re-
επιτί-
καρτε,
νειν
αρτά-
εσε pro
πό τε
τοιχον,
n suspi-
de βα-
πίζω

κνισοδιώκτης *nidorem insequens*, Der dem ge-
 ruch nachgeheth. à κνίση *nidor*, & διώκτης *persecu-*
tor, *parasitus*, Schmackenbretlin. sic ἐργοδιώκτης,
executor operis, Ein anreger.

κροτέω *prehendo*, ὁ τένων *collum*.

ἤμυε ἄορ. α. ab ἀμυώω *defendo*, *asciscit dati-*
vum, ut ἀμυώω σοι, *defendo te*, tum etiam *genitivum*
cum prepositinne, ut ἀμυώω πρὸς σὺ *ulciscor te*.

ἐτάρων pro ἐταίρων. τεθνήτων *Genit.* ὁ τεθνή-
 ως pro τεθνεώς *per epenth. part. præt. med.* à θνή-
 σκω *morior*.

πηλῶσι *nomen ranae* à πηλὸς *cœnum*. Cete-
 rum hic vel *σ* contra naturā *corripitur*, vel κτ̄̄ *σ* *συνε-*
κλήσειν, *duæ syllabæ in unam confluunt*, exempla
extant in utramq; partem. ἡ νηδύς, *venter, uterus*.

οἱ pro αἰτώ. βεβήκη *Plusquamperf.* à βαίνω.
 αἰδός *de Adverb.* πηλοβάτης *nomen ranae*, id est, *in-*
cedens per lutum,

δραξ *δρακὸς*, *manipulus vel pugillus*, Ein hand
 voll.

χρίω *ungo*. τὸ μέτωπον *frons* ἐξετύφλη *Imperf.*
 à τυφλόω *excæco*. ὁ τυφλὸς *cæcus*, *Syllaba τυφ*
corripitur propter liquidam sequentem.

θυμώθη pro ἐθυμώθη, ἄορ. α. *pass.* à θυμόομαι
excandescio, *indignor*, παχείη pro παχεία *Jon.* ὁ
 παχὺς *pinguis*. τὸ ἀχθ *sarcina, onus*.

ἡ ἄρρα, id est, γῆ vel γαῖα *terra*. τῷ pro τῆτω,
articulus pro Pronomine, per *Enallagen*. ἐκλάθη
Ind. i. Pass. à κλάζω *frango*. ὁ κρουγασίδης *nomen*
 ρανα,

γανα, ἀκραυγάζω clamorem edo, Ein schreyer / hoc est, homo seditiosus vel turbulentus. χαμαὶ Adverbium humi.

ἐκχυωτο Imperf. pass. pro ἐξέχυωτο, sicut ἐξέχυωτο, ab ἐκχύω effundo. τὰ ἔγκαστα viscera, intestina.

ἐφελκομύω ab ἔλκω tr abo.

σιτοφάγος ὄρνις vorator, ἀ σῖτον cibus, & Φάγος edax, ἀ Φάγω edo, ὁ σῖτος frumentum, Kornfresser.

σκάζω claudico, unde scandalum, id est, offendiculum, seu res ad quam impingens labitur.

ἀναχάζομαι recedo. τείρω affligo

ἤλατο, ἀορ. α. med. ab ἄλλομαι salio. ὁ τάφος fossa & fovea. ὅπως pro ὅπως per epenthesein, αἰπύς, εἶα, ὕ, durus.

ὑμίπνοος, contractè ὑμίπνοος semivivus, est nomen ὀλοπαθές, per omnes casus patiens contractionē.

ἐπέδρομυ, ἀορ. β. ab ἐπιτρέχω impetum facio vel incurro. μῦραινω desidero. ἀποκτείνω Inf. ind. 2. pro ἀποκτείνω, Doricè, ἀκτείνω occido.

πρασάειος porraceus, ἀ πρᾶσον porrum, nomen γανα, referens porrū. Der ein knobloch's farbe hat.

ἀκόντισεν pro ἠκόντισεν, ἀκοντίζω jaculor.

ἔρρηξε, ἀορ. α. ἀ ρήγνυμι rumpo vel frango, Fut. ρήξω.

τὸ σάκον scutum. ἔχετο Imperf. pro ἔχετο per apharesin, ἀ χέω habeo vel detineo, Imperfect. med. ἐχόμενω. ἡ ἀκωκὴ acies. ὁ καὶ ἡ ἀμύμων incul-

pativ

m ge
rsecu-
κτης,
dati-
itivum
e.
τεθνη-
θνή-
Cate-
ωεκ-
emplā
erius.
αίνω.
est, in-
hand
Imperf.
α τυφ
όομαι
Jon. ὁ
τέτω,
λάθη
nomen
γανα,

patus. Origanon hic proprium est, aliàs origanon est herba, *Wolgemit*, ὁ δὲ τεπίβηλας pani insidians, nomen muris, ab ἀρτῶ panis, & ἐπίβηλας insidiator, *Brotlieb*.

ὄρχαμος princeps, dux, Φαίνων ostendens, i. e. δεικνύς Part. pres. referens Martem, id est, similis Marti.

ἀρη accusat. pro ἀρεα, ab ἀρης Mars, i Contract. Sicut ἠρακλής. ὁ μεριδάραξ, raptor particularum, *Der die brosameln aufflist*. ἀμερῖς id est pars, & ἀραξ raptor.

δρις ἄεσκε, Imperf. pro ἠρίσθε, per pleonasmum litera σ & κ. ση pro ἔση apheres. γαυρόω superbio. οἶ, id est, μόνος solus. εἴπο Imperf. cum apheresi & Syncope. ἀεῖομαι profiteor, *jactō*.

πορθήσῃ Fut. inf. ἀπορθέω populor, *vasto*.

αἰχμητής bellator & bellicosus, Adjectivum & Substant.

ἔξετέλεσαν, ἀορ. α. ab ἐκτελέω per epenthese, in.

τὸ θένος robur. ἦεν pro ἦν erat. οἶ pro αὐτῶ.

ὄξυ adverb factum ex adjectivo neutro, acute, celeriter. ὠκτίρε, ἀορ. α. ab οἰκτείρω, *misereor*.

κινήσας, Part. ἀορ. α. ἀκινέω moveo. τὸ κείρη caput. ὀράω ὀφθαλμοῖσιν, pleonasmus.

ἔπληξε ἀορ. α. ἀπλήτῳ, *terreo*, βλεμεαίνω *desidero*.

ἐνναίρω *trucido*, ἀποχέω, ἀποχήσω, *arceo*.

ἀπαμείβετο pro ἀπημείβετο, ab ἀμείβω.

ἰσχύω, id est, δύναμαι *possum*, *valeo*. δὲ ηγέμεν

pro

pro δρηγέμελαι, dialecto Dorica, pro δρηγην. ὀδρηγών ὄν Θ, opitulator.

ὄβρημώεργος gravia operans, ab ὄβρημος potens. τιτανοκρόνος occidens Titanas, activè significat.

ἔξοχα ἄλλων, præ aliis, adverb. Ἰπιδέω ligo.

ἐγκέλαδος maximus Gigantiū. τὸ Φῦλον, genus.

αλώσεται, Fut. med. ab ἀλίσκω.

ψολόςος ὀεντ Θ ardens. λελίζω, Fut. ζω.

ὁ κερραυνός, θιός ὄπλον, κτὲρ σιώθεισιν, id est, ar-
positionem. Physici vocant telum fulmineum, vel Jovis
telum, quod cunei vel globi vel pyramidis etiam forma
cum impetu magno in terram projicitur. Unde prover-
bium est, procul à Jove, & fulmine, πόρρω θιόσε κ
κερραυνός, quod monet, ne cum præpotentibus nos con-
jungamus, quorum violentia non possumus resistere.

ἦκε, ἀορ. α. ab ἦμι mitto. Ἰπιδινήσας Part. ἀορ.

ει. ab Ἰπιδινέω involvo. ἐπιαιθ, ἀορ. β. med. ab
ἵπημι volo.

ἐφόβησε, ἀορ. α. Φοβέω terreo. ἴετο Imperf. med.
ab ἵημι supio seu mitto.

ὁ νωτάκμων ἀ νῶτον dorsum, & ἄκμων incus.

ἀγκυλοχήλης ab ἀγκύλ Θ curvus, & χήλη
cheia Sin Krebszange.

λοξοβάτης ἀ λοξός obliquus, & βαίνω vado.

ψαλιδόσομος ἀ ψαλὶς ἴδος forfex, & σόμα es.

ὄσρακοδερμ Θ ab ὄσρακον, id est, testa, & δερ-
μα cuius. ὄσοφυής ossea natura.

πλάτυωτος ἀ πλατύς laevis, & νῶτον dorsum

Breiterflüg. ἀπὸ σίλω καίλο. ὀ ὦμ Θ humerus.

ὀ βλαι-

ὁ βλαισὸς *blasus*, id est *retrogradus*, χερσένων
manus extendens.

ὀκτάπυς *octopes*. δικάριον & *biceps*.

ἀχέρεις, *Plural*. ab α privādi nota, & χεῖρ *manus*.

καλεῦνται pro καλῶνται *Doricè*. ὁ κάρκινος &
cancer.

σώματεσιν pro σώμασιν *epenth*. ἀναγνάπτω
flecto, solvo.

ὑπέδδισαν pro ὑπέδδισαν, ἀορ. α ab ὑπὸ &
δεῖδω metuo, per epenthesisin. ὑπομάρω *sustineo*.

ἐτρέποντο, ἀορ. β. μεῖ. ἀτρέπω *verto*. δύω
occido. τελετὴ *finis*. μονοήμερος & *unius diei*.

ἔξετελέσθη, ἀορ. α. pass. ab ἐκτελέω *perficio*,
 id est, *bellum unius diei spacio confectum est*.

ἦλθον)

Periphrasis cancri, cujusmodi est & illa Ciceronis
 2. de divinatione coehleæ, terrigena, tardigrada, do-
 miporta, sanguine cassa. Designant autem cancri
 I. Genus hostium ignotorum & peregrinorum, mirifi-
 co astu, & obliquo Marte grassantium. Nam Deus se-
 pe intestinas dissensiones, conflictiones, & dimicatio-
 nes immisso peregrino hoste ex gente ignota dirimit,
 præsertim ubi fulmina divinarum comminationum
 securè contemnunt homines.

II. Cancri sunt imago hominum, non recta via,
 sed à tergo ad orientium, unde fit, ut quoquò te vertas,
 captum te & circumventum sentias.

DISPU-

DISPUTATIO DE JURE
BELLII.

Utrum justè mures ranis bellum intulerint? In partem agentem hæc occurrunt argumenta: 1. Injuria est vindicanda.

Pficharpax est injuria Physignathi interemtus. Igitur mors Pficharpagis fuit vindicanda à ranis.

2. à definitione belli. Omne bellum justum, aut est defensio necessaria, aut recuperatio à legibus concessa, aut legitima pœna.

Bellum istud susceptū est à muribus, ut esset legitima pœna illatæ injuriæ.

Igitur est justum bellum. Respondeo ad prius argumentum, Nego consequentiam, quia ex puris particularibus nihil sequitur. Non enim omnis injuria est vindicanda, sed notoria tantum, & atrox, & quidem servato moderamine legitimæ tutelæ. Deinde Pficharpagis mors est quidem injuria, sed privata, non planè atrox, sed petulantia potius pœna, temeritate accersita.

Ad posterius respondeo, & quidem ad minorem: Videtur quidem hoc bellum causa poenae legitimae susceptum esse, sed non sine πολυπραγμοσύνη. Potuisset enim absque dubio aliis modis puniri factum Phylagnathi, & debuit ante conflictum armorum tentari legibus ordinata, atq; concessa transactio.

In partem negantem argumenta sunt ejusmodi:

I. Injuria privata non est persequenda. Qui enim injurias suas persequi volunt, dolori suo, non Reipub. commodis serviunt. Exemplo est Scipio Romanus, qui ne turbet patriam, & aliis periculum creet, cedit turbulentis civibus, & injuras perfert. Et Ludovicus duodecimus Gallorum rex, cum incitaretur ad vindictam, respondit: Injuriam factam principi Aurelianensi, non pertinere ad regem, id est, privatam illam esse injuriam, nec regia potentia vindicandam. Injuria Troxartae, patri Psicharpagis illata est privata. Igitur non erat publico bello vindicanda.

II. In

II. In poenis debet servari modus, qui legibus est constitutus, ne id dici possit, quod de Sylla Lucanus lib. 2. inquit:

————— *An non*

*Excessit medicina modum, nimumq; secuta est,
Qua morbi duxere manus? —————*

Mures non servant modum poenae in hoc bello. Igitur non gerunt bellum justum. Minoris probatio. Debuerunt enim ad supplicium poscere illum tantum, qui reus erat, caeteris vero innocentibus parcere. Vel certe tum demum publicum inferre bellum, cum alia vindicandi sceleris ratio nulla inveniri posset. Exemplum est Judicium 20. ubi Israelitae missa legatione ad Beniamitas, petunt tradi homines fontes ad supplicium.

Finis Scholiorum.

HOMERI BATRACHOMYOMACHIA, HOC
EST RANARUM ET MU-
rium pugna: Simone Le-
mnio Interprete.

IN nova Pegaseo ductas Heliconè sorores
Vota fero supplex, sacro & mihi monte Dearum
Voce chorum precor incipiens: descendite Musæ,
Inq; meum faciles pectus modulamina cantus
Mittite. Namq; novos deducere carmine versus
Ordinar, inq; genus positam exercere camœnam.
Arma canam & pugnas sevas, ac plena tumultu
Martis opus diri stridens horrentia bella,
Fert animus ardens cunctis demittere ad aures.
Hinc canere incipiam, ut mures præstantibus armis
Ante alios lecti dura concurrere pugna
Sint ausi quondam, ranasq; invadere bello.
Et quibus impetibus ruerint in prælia tanta,
Phlegræis campis imitati bella gigantum
Edita terrigenum, ceu quondam fama per oras
Inter mortales fuerat. quæ causa tumultus,
Horrendiq; seram repetens exordia Martis.
Mus quondam sitiens odiosa pericula felix
Fugerat, atq; sitim rabido collegerat aestu.
Utq; lacus liquidos, & stagna propinqua per arva
Contigit infelix, teneramq; in littore barbam
Deponens hilaris dulcem oblectatus ad undam,

Fessus

Fessus arenosi laticem bibit ore liquoris:

Conspicit hunc ingens, quam candida fama ferebat,

Quæq; lacus juxta degebat leta palustres,

Limnocharis, reslui clarissima gloriæ stagni,

Rana loquax undis, tum sic ad littora fatur:

Huc ades o hospes, quis es? unde ad curva paludis

Littora venisti? qui te genuere parentes

Tam clarum? mihiq; hæc ediffere vera roganti,

Ne te mendacem vanæq; hic vocis amantem

Percipiam, si tu fueris quoq; forsitan amore

Dignus amicitia, te ducam in tecta benigne,

Hospitiq; feram tibi plurima munera nostri.

Sum rex Physignathus, qui stagna undantia circum,

Perq; lacus regno, liquidis cultissimus undis,

Qui tumidus malis sonitu perterreo lymphas.

Dux ego ranarum semper feror esse, palustres

Inter aquas celebris, quem quondam littore Pelæus

Hydromedusa tibi mater generavit ad altas

Eridani ripas dulci commixtus amore.

Undarum genitrix floret regina per arva.

Te quoq; sceptrigerum regem, pugnaq; superbum

Bellatorem armis præstanti corpore celsum,

Ante alios fortem video, genus ergo recense

Voce tuum clara, breviter respondit & ore

Psicharpax inquit: Nostrum super æthera notum

Quid genus inquiris, cunctis mortalibus unum

Et clarum superis avibusq; volantibus alto

Aëriis cælo? Psicharpax nomine ditor,

Magnanimoq; satus quondam Troxarte parente.

R A-
H O C
A U-

orores

arum

ses

s

sus

m.

ultu

s.

armis

us

irva

m

m,

Fessus

Est mihi Lichomye mater, de rege creata
 Pternotroche olim celebri. me fudit in agro
 Sub tuguri tecto, & teneris nutrit ab annis.
 Illa nuces virides, ficusq; sub arbore dulces
 Ore legens, varias escas referebat ab arvis.
 Quid tibi me socium junges non aqua petentem?
 Dissimilem natura facit. tibi vita sub undis:
 At mihi consuetum facilem conquirere victum
 Et quascunq; licet raptas mortalibus escas
 Convehere. At panis Cereris ter fruge subactus
 Ter quoq; pistus aqua non me laet, inq; canistris
 Lecta ceres esca non me fugit ulla rotundis,
 Nec sisamita ferens crebram prelatam placenta.
 Nec liquidæ pernae pinguentia frustra, nec albis
 Cum tunicis jecora, aut nuper dulcedine lactis
 Caseus expressus nivei, aut melitomata grata,
 Melleq; confectas escas, quascunq; deorum
 Exoptant turba: nec, quis convivium mensis
 Lautæ coqui ornantes ollas atq; ignis abena
 Deliciis variis humentia fercula ponunt.
 Quin tristem nunquam clamorem Marte refugis,
 Sed subito in pugnas, iviq; in praelia dura
 Propugnatores inter, Martemq; cruentum.
 Et quemvis ferret magno gestamine corpus,
 Martalem haud timui. Verum audax ipse cubile
 Sæpius accessi propius, digitumq; momordi
 Extremum, atq; pedem cepi recubantis in umbra.
 Nec tamen ipse dolor sopitos occupat artus,
 Nec dulcis morsu requies somnive recessit.

Ast duo per cunctas metuenda pericula terras
 Orbis ego paveo trepidans immaniter, alas
 Accipitris campis extensas aëre lapsi:
 Atq; pedes uncos, & sævæ guttura felis.
 Qui mihi sæpe feros luctus & damna tulere.
 Hinc laqueos tristes metuo, fraudesq; latentes,
 Muscipulamq; levem, gemitum & suspiria dira
 Ducentes secum sæpe hic crudelia fata,
 Sæpe doli mortis latuerunt, machina sævæ
 Sæpe fuit loto. inprimis tamen horreo felcem
 Strenua quæ dubio per curva foramina gressu
 Intrans inquærit, scrutans angusta per antra.
 Non edo, si nescis, raphanos, caulesq; virentes,
 Brassica nulla mihi, non ulla cucurbita dulcis.
 Non viridi beta, apii non pascor ab hortis
 Ereptis, vobis sunt hæc per stagna, lacusq;
 Gratæ epulæ. tum sic ridens Phisignathus insit:
 Multa quidem o hospes farris de ventre superbe,
 Quo te plus æquo jactas, & littore nostro,
 Et mediocris aquæ lacubus, stagnisq; recurvis
 Multa quoq; & terra crescunt mirabile visu.
 Namq; Deus raris vitam per stagna creavit,
 Et dedit esse in aquis, ævumq; agitare sub undis
 Perq; solam pariter. terraq; undaq; liquenti
 Pascimur, hanc nobis concessit Jupiter altus.
 Vita eadem terris, atq; undis abdere corpus,
 Et saltare solo viridi. juvat esse sub undis,
 Et modò tota cava submergere membra palude,
 Nunc proferre caput, summo modò gurgite nare,

Sæpe super ripam stagni consistere, sæpe
 In gelidos resilire lacus, limoq; latere,
 Si cupis, hæc cernes, licet hæc didicisse volenti,
 Et datur, & fas est. tergo te rana patenti
 Sublatum excipiam, tuq; hærens corpore toto
 Te teneas, lætusq; intrabis tecta petita,
 Atq; casas nostras. sic dicens rana resultat,
 Et nunc colludit, viridiq; exultat in herba,
 Nunc latus in fulvis maculosum ponit arenis,
 Paulatimq; metu dempto, modo tergora prabet
 Insilienda illi. Mus hic considerare dorso,
 Nescius heu fati pelago, sortisq; futurae,
 Et jam Physignathus salienti terga repanda
 Exhibuit muri, seq; injicit ille, manusq;
 Implicat hærendo tenera cervice natantis.
 Ac primo liquidis mus oblectatur in undis,
 Donec vicinos aspexit littore portus,
 Physignatho gelidas letatur nante per undas.
 Tum rana à terra, siccoq; à littore sensim
 Tarda pedum primo vestigia ponit in undis,
 Inde abiit ulterius, mediaq; per alta paludis
 Equora fert prædam & tacitis subrennigat undis.
 Mus pavet ablatas, litusq; pavore relictum
 Respicit, & dextra collum tenet, altera dorso
 Imposita est, spumis cervice pependit aquarum.
 Jamq; procul stagno fluitabat pondere rana,
 Purpureisq; lacus submergi capit in undis
 Impositus tergo, sinuantur flamine crines,
 Illacrimansq; vadis flebat. tum deniq; frustra

Pœnituit facti, multum se incusat, & aspras
 Corpore vellebat setas, & crura recurva
 Atq; pedes stringens distendit ventre per undas,
 Palpitat exhorrens tremebundus pectora morte,
 Haurit corda metus sævus sine more recussa,
 In terramq; oculos frustra vertebat, & usq;
 Aspiciebat humum, ducens suspiria mœsta.
 Ingemuit tristis gelida formidine pressus,
 Pectora turbatus, tum protinus intima frigus
 Ossa receperunt, buxoq; simillimus ora
 Pallor obit, lacrymisq; genæ maduere profusis.
 Ac primùm caudam mediis extendit in undis
 Pone aptans, veluti remus lentatur in unda,
 Multa deos supplex orans ad littora ferri,
 Atq; subire piam terram, sedesq; parentum,
 Atq; optabat humum patriæ tetigisse virentem.
 Jam quoq; purpurea submergebatur in unda,
 Clamores simul horrendos ad sidera tollit.
 Ter conatus erat, ter fletibus ora rigavit,
 Singultuq; suas interrumpente querelas
 Tunc tales voces miserabilis edidit ore:

Non sic quondam humeris portavit taurus amoris
 Nobile pondus aquis, liquidas cum ducta per undas
 Virgo Europa fuit, dictæaq; rura sequuta est,
 Quando illam taurus Cretæas vexit in oras
 Per medios fluctus: ceu me quoq; rana coaxans
 Ad sua recta humeris gestat, dum remigat equor,
 Et viride extollit cana sibi corpus in unda.
 Ecce improvisus crudelibus orbibus anguis

Horrenda, apparens liquido, spectacula, fluctus
 Utrisq; emicuit capite, & cervicibus altis
 Eminent, atq; inter fluctus arrecta strepentes
 Exuperant undas resonantis pectora stagni.
 Quo viso, ceteres subiit Physignathus undas,
 Nil meditans secum, qualem desereret altis
 Heu socium lacubus se immerberat ergo profundos
 In stagni fluxus, deserto pondere, rana,
 Parcarum evasitq; nigrantia fila sororum.
 Ast ille infelix cecidit resupinus in undam
 Desertus medio fluctu, moriensq; gemitat
 Stridenti sonitu, & stringebat vortice palmas.
 Sæpe subibat aquas versus, & sæpe remergens
 Calcitrat: at nullo poterat conamine fatum
 Evitare miser. madefactæ gurgite setæ,
 Pondere merguntur nimio, corpusq; trahebant.
 Tum moriens undis tales è pectore voces
 Edidit. Haud divos falles pro talibus ausis,
 Ipse lues dignas quondam Physignathe poenas,
 Dum tibi dejicior celso de corpore in undas,
 Naufragus, ut præceps specula deferitur ab alta,
 Nec me tu melior superasses perfide terra
 Pancratio, & lucta sorti, cursuq; per arva:
 Sed me frustratus mersisti sævus in undas.
 Sed Deus ultor erit, ultrioia numina divum,
 Ultrices oculos gestant quoq; numina cœli.
 En de te, neq; enim effugies, exercitus omnis
 Muribus infestis poenam cum sanguine sumet.
 Hæc sic vociferans, mediæ expiravit in unda.

Molli.

Mollibus in ripis residens, hunc vidit amarus
 Lichopinax procul hinc lamentans littore toto,
 Hic ululavit iners, ploratu stagna resultant.
 Tum subito cursu tam tristia nuncia defere
 Muribus allatus. postquam crudelia fata
 Percepere ducis, gravis ira invaserat omnes.
 Exarsere aestu cuncti. placet ire sub ortum
 Aurora roseum legatos undiq; campis,
 Concilium magnum regis, primosq; suorum
 Imperio accitos alta intra limina cogant,
 Trox arte liquida patris infelicis in unda
 Extincti nuper nati Psicharpagos alti,
 Qui per stagna natans resupinus flebile corpus
 Volvebatur aquis, lacubusq; exangue cadaver:
 Nec juxta ripas, medio sed in aequore nahat,
 Tethyos undivago cum se fert gurgite Titan.
 Vix aurora suo rabefecerat aethera curru,
 Olli convenere, fluuntq; ad regia plenis
 Tecta viis. sedet in mediis & maximus aeo
 Et primus sceptris haud lata fronte, resurgens
 Trox artes, ob caedem irarum fluctuat aestu
 Crudelenti nati, solio rex insit ab alto:

O socij, quanquam solus tot adire labores
 Sustinui infelix, sevis discrimina ranis
 Sola mihi semper metuenda, & fata per undas:
 Attamen est cunctis fors haec communis Erynnis
 Muribus, atq; bonis ranae communibus obstant.
 Praecipue ipse miser, qui lecti pignora charae
 Heu ternos natos amisi germina gentis.

Primus,

Primum, equidem horresco, crudeli funere felis
 Mersit acerba lues, generiq; invisa parentum,
 Quem raptum longe extra incurva foramina traxit.
 Deinde alium savi sub tristia fata tulere
 Fraude viri ceca, scelerisq; inventa dolosi
 Machina crudelis ligno contexta per artem,
 Muscipulamq; vocant, laqueasq; inimica per arva,
 Muribus una lues cunctis, communis Erinnyis
 Perniciesq; furit. jam nuper tertia proles
 Quam mihi Physignathus ducens in gurgitis undas
 Extinxit nuper, per stagna loquacia rana,
 Heu dilecta mihi & celebrata nomine matri,
 Hei mihi Psicharpax jacet ingens equore funus.
 Quare agite o socij, nunc bello armemur in ipsas
 Egressi ranas castris, praestantibus armis
 Induti corpus varie sis dixit, & arma
 Sumere persuasit cunctos Mars horridus aere
 Concidat in pugnas, divi cura impia belli
 Ac primum leves ocreas circa hispida crura
 Deduxere fabis, siliquisq; virentibus agro,
 Quas sregere arvis lentas, atq; arte pararunt
 Arma, fabas sera campis sub nocte vorantes,
 Astiterant acies calamis thoracas ab arvis
 Evulsis, corioq; obductos undiq; denso
 Feli direpto, quam mures nuper acerbi
 Excoriare, cutis summos divulsa per artus,
 Nec quivquam nisi vulnus erat, cruor undiq; manat.
 Hac si si thoracas reparant, clypeusq; lucernae
 Pars erat interior mediae. Sed lancea longa

Æris

*Aeris acus fuerant Marti ferrata tricuspis,
 Atq; opus aeratum. galea est cava tempora circum
 Testa nucis, capitum sic tegmina tuta gerebant,
 Taliter armati mures sic castra tenebant.
 Hec ut fama venit narrans, tunc undiq; ranae
 Undis egressae pariter densantur in unum
 Marte locum celeres. belli de rebus atrocis
 Conciliam cogunt, variis sententia dictis.
 Dum quae seditio quaerunt, quae causa tumultus,
 Cur haec in sese possant certamina mures:
 Ecce super velox castris praemissus ab hoste
 Jam legatus adest, qui dextra sceptrum gerebat,
 Embasichytrus atrox, suetus conscendere aliena.
 Tyroglypho quondam forti genitore creatus,
 Cui solita est semper pressi bene copia lactis
 Dente cavari atro, & villaris caseus antris.
 Tum belli referens famam pugnaeque ferocis
 Incipit: O ranae, nos huc in castra minantes
 Jusserunt mures vobis indicere bellum
 Agmine praemissos: ut vos in praelia dura
 In pugnasque, feras ornetis tela ferentes.
 Nam videre suum fluctu Psicharpaga raptum,
 Extinctumque undis, quem jam rex vester in equor
 Ranarum mersit, mediisque occidit in undis
 Acer Physignatus, cui buccas Juppiter ambas
 Inflavit tumidas. Nunc bella capebite ranae,
 Si qua animo virtus: exite in praelia fortes,
 Si qua tenet generis celebris fiducia vestri.
 Sic ait, & subito ranarum evanuit ore.*

utq;

Utq³ sonus tristis ranarum contigit aures,
 Verbaq³ legati turbarunt corda superba
 Stagnorum genti, multum incusantibus ipsum
 Undivagis regem ranis. flagrante tumultu,
 Physignathus surgens prorupit pectore vocem:
 O socie rana, non merisi funere murem,
 Occidive lacu, aut morientem littore vidi:
 Sponte extinctus aquis perit, dum ludit ad undas
 Circa stagna jocos imitatus membra, natatus
 Edens ranarum liquidos, curritq³ per undas.
 Infontem nunc me accusant, & crimine damnant
 Crudeles mures. Quare vos hortor ad arma.
 Consulite in medium, bellumq³ invadite ranae,
 Ut diros mures perdamus fortiter armis.
 Namq³ effabor ego mihi quae sententia constat,
 Quidve animo sedit, seu quid magis omnibus unum
 Utile, munitae stemus splendidibus armis
 Et ferro accinctae cingamus littora cuncta,
 Atq³ lacus juxta summas, in cespite ripas
 Armis instructae sistamus signa feroces,
 Quae praecipit locus exurgit, viridansq³ crepido,
 Ut cum praecipites veniunt, magnisq³ feruntur
 In nos impetibus, galeasq³ apprehendere dextris,
 Atq³ jubas subito conantur in agmine mures,
 Hic quicumq³ suis contra contenderit armis,
 Ipsos turbemus liquidas in gurgitis undas,
 Inq³ lacus gelidos armatos undiq³ ripis
 Cum ferro pariter mergamus in alta paludis
 Aequora spumiferae, sic cunctos deniq³ cano

IGNAROS

Ignaros nanti mures extinguere fluctu
 Possumus, & vitam mediis auferre sub undis.
 Tam subito campis figemus laeta trophaea,
 Muribus occisis ingenti strage per arva.
 Sic ait, & cunctas lucentibus induit armis.
 Malvarum foliis densissima crura tegebant.
 At beta lato viridi thoraces habebant,
 Et densis caulis folia arctant undiq; scutis.
 Proq; hasta fuerat praelongum acumine juncus.
 Pro galeis tenues cochleae capita alta tegebant,
 Tegmina tuta sibi. sic armis marieq; structae
 Ornantes variis viridantia corpora telis,
 Altis constiterant ripis, hastasq; vibrabant,
 Exultantq; animis ranae. cum Jupiter altus
 In coelum astriferum divos vocat, agmina densa,
 Bellaq; multa solo per littora curva paludis,
 Et bellatores praestanti corpore campis,
 Innumerosq; armis hastilia longa ferentes
 Coelicolum ostendit turbae, & certamina seva.
 Qualis centauris ingens exercitus olim,
 Anguipedumq; acies quondam phlegrea Gigantum
 Ibat ovans agro variis exercitus armis,
 Tum suavi querit risu: Socia agmina raris
 Quis Deus adjunget, quisve auxiliator in arma
 Descendet, sive auxilium jam muribus arvo
 Adferet? ac natam compellat Pallada dictis:
 Muribus, equid opem latura es candida nata,
 Accedens pugnas? saliant per tecta protervi,
 Et delubra tibi circum, semperq; jocantur.

Se ob.

Se oblectantq; cibo, sacro & nidoris odore.

Sic Cronides dixit, dictisq; ingressa Minerva:

O pater, haud unquam sceleratis muribus ibo
 Subsidio, quanquam ranis vexantur aquosis.
 Namq; mihi toties nunc illusere feroces,
 Et veluti pestes variae mihi damna dederunt.
 Hei mihi, florigeras quoq; destruxere coronas,
 Ornatusq; meos, oleumq; & lampadas ignis
 Laeserunt tristes, & quae me cura remordet
 Praecipue, atq; ira vexat praecordia saeva,
 Et scelus hoc ausi, peplum rosere rigentem,
 Quem quondam texens percurri pectine, tramam
 Inserit aus tenuem, tenui quoq; stamine nevi.
 Inserui multum radiis subiegnem acutis,
 Brachia docta movens, studio fallente laborem.
 Hoc mihi pallentes fecere foramina naves.
 Nunc urget sardor, qui saenora poscit avarus.
 Hac causa indignor, neq; enim quod reddere possim
 Jam superest, liquidem subtexens mutuo coepi.
 Nec gelidis etiam tamen hinc o Jupiter ibe
 Subsidio ranis quid inertia corda sub undis
 Ranarum curem? nulla est constantia mentis.
 Vix lacus est tanti, totoq; in littore ranae.
 Me quoq; defessam redeuntem littora circum
 E bello & requie dudum somnoq; carentem,
 Cum dulci cuperem corpus laxare sopore,
 Clamosae insanos tenebris movere tumultus,
 Ut non exiguo vel claudere lumina somno
 Me sinerent strepitu. insomnis ego nocte jacebam

Agra

Ægra caput flexum : donec cristata volucris
 Emittens vocem cecinit sub culmine gallus.
 Ergo age suppetias istis venisse negemus,
 Nec ferat ullus opem tali sub Marte deorum,
 Ne quis ut hic vestrum violetur acumine teli.
 Et capiat vulnus. an pugnant cominus armis :
 Vel si animis contra se ferret turba Deorum,
 Pugnaretve Deus, ferroq; & cuspide longa.
 Sed potias liquido spectemus praelia cælo,
 Atq; oculos tanta pascamus in æthere pugna,
 Oblectati animis. dicenti talia parent.
 Convenere loco cuncti simul aere divi
 Inq; unam sedem properabant agmine denso :
 Tum duo præcones, belli quoq; signa ferebant,
 Accedunt, rauco strepuerunt cornua cantu.
 Hicq; tubas magnas culices clangore tenentes
 Insonuere feræ pugnae, belliq; tumultus
 Exorsi strepitum. hinc horrenda tonitrua Martis
 Demittens natus Saturni clarus Olympo,
 Signa dedit. primus turmas invasit agrestes
 Hypsiboas, veniens Lechenora vulnerat hasta, &
 Horrendum clamans, per ventrem trajicit altum,
 Ære jecur gelido, dum staret in agmine primo
 Propugnatores inter, qui lingere caudam
 Assuetus fuerat, pronus cadit ore, remordens
 Cæsus humum, & teneros foedans in pulvere crines.
 Post hunc Troglodytes iaculatur ab agmine telo
 Peleona ferum, trajecto pectore fixa est
 Fraxinus, ast illum mors occupat atra cadentem,

Atq; animam tenues fugientem fudit in auras,
 At Seutlaus atrox transacto corde peremit
 Embasichytron aquas juxta, ceu littore truncum.
 Artophagusq; Polyphonum trans ilia fixit.
 Ille cadit præceps, animusq; volavit in auras
 Discretus membris morientem ut vidit in arvo
 Limnocharis socium, quæ suevit gaudia circa
 Stagna lacus saltu tenui captare sub umbra,
 Troglodyten saxo præcurrens alta molari
 Occupat, & media vulnus cervice cruentum
 Fecit, at huic tenebræ clauserunt lumina nocte.
 Protinus observans splendenti immanior hasta
 Lechenor bello pugna, & lingere caudam
 Impavidus, faucesq; atras evadere felis
 Occurrit, teloq; jecur transverberat acri,
 Nec jaculo erravit, quo viso, saltat ab altis
 Crambophagus ripis, fugiens in stagna profunda,
 Nec tamen evasit: namq; illum fixit in undis.
 Concidit infelix, nec respirare dabatur.
 Atq; lacus tincti rutilante cruore fluebant.
 Illeg; porrectus jacuit sub littore curvo,
 Sanguine venarum motu saliente per artus,
 Incita pulsabat gelidus cruor ilia fluxu.
 Tyroglyphon ripis spoliat Limnesius altis.
 Pternoglyphumq; videns Calaminthius horruit ingens,
 Inq; lacum salit fugiens inglorius armis
 Projecto clypeo, & se condidit ipse palude.
 Sed tamen Hydrocharis regem confecit atrocem
 Pternophagum melior, coniecto pondere saxi

Sinci-

Sinciput in medium : cerebrum stillabat ab altis
 Naribus, & rubeo tingebat sanguine terram.
 Armis egregium deiecit Borborocæten
 Lichopinax hasta surgens, caligoq; densa
 Morte oculos texit. pede traxit Cnissodioctem
 Prassophagus visum, colloq; insistit, & hæret
 Inq; lacu extinxit pulsa cervice palustri.
 Psicharpax socios ultus sub marte caducos,
 Pelusium ferit tumidi trans ilia ventris:
 Hasta jecur fixum penetravit at ille cruentus
 Ante oculos cecidit, petiitq; Acherontis arenas
 Spiritus infernas. quo viso jecit in ipsum
 Cœnum Pelobates tepidum, limoq; maniplum
 Exceptum liquido, frontemq; perunxit ovantis,
 Ac ferme excæcans spoliavit lumine murem.
 At ille iratus saxum circumspicit ingens,
 Saxum antiquum ingens, campo quod sorte jacebat,
 Ponderis agri culti, spacium per inane recurvum,
 Ille manu raptum valida torquebat in hostem,
 Pelobatenq; genu subter percussit euntem.
 Totaq; crura labant, infractaq; tibia dextra,
 Corruit ille cadens resupinus pulvere in alto.
 Craugasides ultor vibrans contendit in illum,
 Per meduum ferit ventrem, trajectus acutus
 Funicus ei totus penetravit ad intima telo,
 Iliaq; in terram ceciderunt cuncta refusa,
 Atq; manne juxta cruor est hastile sequutus.
 Ut videt horrescens in ripa fluminis alta
 Sitophagus, claudo discedit ab agmine gressu.

Namq; pavore metus trepidat, belloq; recedit,
 In fossam corpus saltu demisit aquosam,
 Interitum fugiens & tristia fata per undas.
 Hinc quoq; Physignathum Troxartes impulit audax,
 Perq; pedem summum ferit, quo vulnere tardus,
 Infirmusq; labans subito de margine saltat,
 Inq; lacus fugiens reflua se condidit unda.
 Quem postquam vidit nondum hic occumbere telo,
 Semianimemq; diu, postquam prolapsus adhæsit
 In ripa stagni, cursuq; & viribus acris
 Irruit atq; neci rursus demittere tentat.
 At ut seminecem liquidas Prasseus ad undas
 Vidit projectum, currens per tela, per hostes,
 Propugnatoresq; inter martisq; tumultus
 Advolat, ac rapido cursu media agmina rupit,
 Inq; illum juncum fortis jaculatur acutum.
 At non infelix clypeum transverberat hasta,
 Verum acie affixa est, summoq; umbone pependit.
 Ecce inter mures juvenis præclarus arena
 Exuperans alios animis, belloq; superbus,
 Qui validis acie pugnabat cominus armis
 Artepibuli acris proles præstantis, & ipse
 Dux populi fama clarus, terrorq; per oras
 Equiparans martem Meridarpar, inclytus agmen
 Ducebat, juvenes inter pugnare peritus
 Solus erat, longe princeps fortissimus armis.
 Constitit ille lacus juxta, & liquidissima stagna
 Ante alios longe tumidus, pugnaq; superbus,
 Exultans animis jactabat voce tremendus

Si bellatrices ranas, genus omne natantum
 Depopulaturum hic, ranarum funere sævo
 Ac deleturum cunctos à stirpe nepotes.

Fecissetq; equidem, quoniam præstabat in armis.
 Viribus immanis spirans jam robora Martis:
 Ni rex vidisset procul hæc hominumq; deùmq;
 Sub toto miserans perituras littore ranas.

Ergo caput quassans tali est tum voce locutus:

O Dij, quàm facinus magnum & mirabile dictum
 Martis opus video Meridarparum margine stagni,
 Atq; lacus juxta stupefecit pectora nostra.
 Nec mediocre mihi percussit corda trementi.

Insultans alacris se jactat littore toto,
 Missurum letho ranas. astit Pallada fortem,
 Et Martem indomitum, belliq; per armatumultum
 Pugnacem, cælo subito mittemus ab alto,
 Ut sævum à pugna Meridarparum cæde cruenta
 Arcere incipiant belloq; tenere furentem.

Sic ait. ingreditur dictis Mars altus, & infit:

Juppiter ô Cronides, summi regnator olympi,
 Non Pallas poterit, non ulla potentia Martis
 Heu ranis mortem, & sævam depellere pestem.
 Sed potius cuncti veniamus fortiter armis
 Suppetias ranis: aut tela Typhoëa flammis
 Magna move cælo, quæ quondam sæva Gigantes
 Demisere neci, crudeli fortiter igni
 Horrida tela tua, quis & Titanas ad umbras
 Pallentes Erebi misisti morte peremptos,
 Quondam præstantes aliis, animoq; superbos:

Si

H 3

Enceladus

Enceladumq³ ferum vinxisti, & dira Gigantum
 Agmina, agreste genus, media inter praelia fortis
 Terrigenas letbo stravisti Marte loquente
 Juppiter emittens ardentia fulmina torquet.
 Intonuit primo, & mugnum tremefecit olympum.
 Terribili hinc flamma fulmen Jovis egida quassans
 Misit humum,volvendo undamq³ polumq³ profundaum.
 Flammaq³ missa volat dextra jaculantis in auras
 Regis, & hic cunctos pugnantes littore mures
 Terruit, & ranas percussas undiq³ castris
 Detorquens fulmen. Sed non exercitus omnis
 Cessavit bellis, muresq³ potenter arenis
 Jam magis instabant populantes agmina telis
 Pugnaces ranas hoc debellare sub arvo,
 Et genus omne armis delere à stirpe nepotum:
 Ni pater ex alto foret hic miseratus olympo
 Dejectas ranas, nam misit ab equore victis
 Auxiliatores stagni densa agmina cancras.
 Improvisus adest ranis exercitus ingens,
 Inquides omnes gestabant, terga frementes
 Incurvis chelis, obliqui incessibus, atq³
 Intorti pedres, quas ostrea pellis obibat.
 Forcipibus curvis circa ora ferocia tuti.
 Ossea membra illis, illis est ossea passim
 Natura. ast humeri rutilant, sed terga patefcunt,
 Ingressu manci, transversaq³ crura moventes
 Oblisis, uris, saviq³ in pectore vultus,
 Eque humeris cernunt diri, nervosaq³ tendunt
 Membra, feri passim, crustataq³ tergora gestant,

S
1472.



2
3758a

ULB Halle

3


003 750 183



1017

hc





Βατραχον

HON

POEMA

QVAM FES

elegans, de R

Muribus

CONTINENS MU

salutares subjectiones, no

sed etiam prude

Op

LEONHAR

Multis in locis auētius

atq; annotatiunc

Addita sunt & PHI

scholia quædam

DRES

Quibus omnibus præmittitur

Camerarij de quinq; G

ditionum affecti

SYN

ὁ μὴ φιλοσόφ

LIPSIÆ, Impensis Chr

ANNO M.

